Maſelina.

Interea Cingar Zambellum tollere vadit,
Quem modo cum carico ſolum laſſarat aſello,
Is ſtupefactus enim tanto pro murmure ſtabat,
Cingar eum vocat; & nulli parlare comandat,
Dicens quod fratres ſervare ſilentia debent.
Mox illum duxit ſecum, ſupraque palazzum
Scandit, quisque ſibi brettam reverendo cavabat,
Dicebant, hic eſt qui noſtram liberat urbem,
Cingar habens oculos humiles ſapientior ibat,
Officiumque velut fratres dum dicere fingit,
Hoſti datque fidem, ſuſpectaque pectora tollit.

Proverbium.

Pedrala.

Iamque paratus erat ceppus, quo perdere teſtam
Baldus debebat, populo ſpectacla daturus.
Sollicitat Cingar, prætorem ſpeſſiter orat,
Quod Confeſſorem Baldo concedat, ut almam
Non miſer ammittat, ſed forte volabit ad aſtra,
Latro memento mei dicens, fuit illico ſalvus.

Speſſiter frequenter.

Præ-

Prætor nil meditans ulterius annuit illi,
Vos eritis confeſſor, ait.
Attamen armatos ſoldatos mille deforam
Conſtituit, ſtantes ad guardam carceris omnes.
Cingar habebat aquam fortam, ſurdas quoque limas,
Omnia portabat ſancta ſub veſte latenter.
Ecce cadenazzos aperiri Baldus orecchiat,
Iam penſat quod ſit teſta moriturus adempta.
Stabat ibi terræ fletu proſtratus amaro,
Sæpe vocans ſocios, Bertam, caroſque nepotes,
Senſerat ante diu martellamenta ſonantum
Campanonarum,
Se debere mori ſcampanizatio talis
Indicat, ac ſtrepitus fieri quem ſentit in armis.
Non confeſſandi miſero datur ulla facultas,
Ergo Deum ſic ſic gemebundo corde precatur.

Vos eritis confeſſor, figura eſt.

Oratio Baldi ad Chriſtum.

Summi dextra patris, noſtræque propaginis author,
Chriſte, redemiſti quam primi labe parentis,
Horrida quippe crucis paſſum ludibria ſolum
Te ſcio, non propter iuſtos, at propter iniquos,
En ego tantorum ſcelerum, tantæque miniſtras
Cædis tendo manus, ſtigias habitabilis umbras,
Da veniam, fœdaſque tuo precor ablue palmas
Sanguine, Te lachrimis latro flexiſſe benignum
Creditur, & meretrix, tuaque veſtigia crine
Terſit, meque pari videas pietate miſellum,
Namque pari fletu modo te proſtratus adoro.

Comina.

Iamque Cavalerus portam recluſerat omnem.
Ac centum chiavis patefecerat oſtia centum.
Cingar maturus ficta gravitate ſubintrat,
Ad quem paſſantem cuncti flexere zenocchios.
Zambellus ſeguitare negans ſe retro retirat,
Preſonem quoniam vult non intrare Maruffus.
Tunc Cingar vocat hunc, veniatis frater Erine,
Namque duos fratres ſemper nos eſſe biſognat.
Hunc ob ſermonem Zambellus protinus intrat,
Atque Bariſellus portas anchora ſeravit.
Baldus habet longam longo pro tempore barbam,
Quæ ad centuram cooperto pectore tendit.
Cingar it, hunc ſequitur tremuloſus frater Erinus
Barbottat Patres noſtros, ac Avemarias.
Nam caſtronazzus fratrem ſe penſitat eſſe.

Negat intrare preſonem quam provarat.

Ave Maria dicto ſola eſt.

Sed

Sed poſtquam Cingar Baldo pervenit apreſſum,
Bertezando illum tali ſermone provabat.
Quid manigolde facis? quid latro? quid mala pianta?
Nunc pro peccatis dabitur tibi pœna ſceleſtis,
Nunc exemplar eris quibus eſt tam cura robandi,
Non te Fracaſſus, Falchettus, Cingar aitant,
Quattuor in quartis nam ſquartavere Fracaſſum,
Quattuor & forcas portam per quamlibet urbis
Plantarunt, ubi ſtant gambæ, brazzique tacati.
Cingar dorato ſlongavit colla ſoghetto,
Inque trilligniferam trabucavit denique forcam.
Deſuper illius teſtam ſic metra notantur,
Cingar doratam meruit robando colanam,
Inter boſchicolas nam Rex fuit ipſe ladrones.
Collo ſemicanis Falchetti petra molini
Appicata fuit, quos chiuſa Governolis hauſit.
Tu quoque nunc trades collum ſcelerate taiandum,
Ac ſuper horarum turrim tua fixa ladrones
Teſta ſpaventabit ſaſſinos & homicidas.

Epithapium ſuper ſurcam Cingaris.

Chiuſa, locus anguſtus mintii.

Governol eſt civitas Galliæ Lombardicæ.

Reſponſio Baldi.

Extollens oculos Baldus, frontemque rapatam,
Suſpiciensque illum transverſa tuentibus hircis,
Dixit, verba licet non hæc reſponſa merentur,
Attamen hinc abeas frater ſchierigate, proterve
Si modo tam ſtrictum non ferrea vincla tenerent,
Tamquam polaſtro tibi peſſime colla tirarem.
Vade viam, niſi vis mihi ſteſſo incidere linguam,
Inque tuam faciem fremitu ſpudare canino.
Tu qui deberes ſolanti voce dolorem
Alleviare meum, baratrique arcere pavorem
Sic agis, ut perdat me deſperatio mentis.
Impie frater, habes in pectore mille diablos,
Reſpice te ſteſſum, turpesque redargue mores,
Tonſuram portas, renegas quam mille fiatis.
Nil niſi broda fuit ſemper tua vita, goloſe,
Te Deus ingratum tantorum quippe bonorum
Expellet cœlo, Stigis & relegabit ad ima.
Hinc procul à noſtris oculis Fratuzze recedas,
Spurcitiæ fœtent capucino mille ſub illo.
Cœleſtis veniæ plus me deprehendo capacem,
Quam te fraude, dolis, gravidumque libidine, vade.

Cingar

Cingar ſcaltritus verbis mage percitat illum,
Jam tua, dicebat, tua dic peccata Ribalde,

Baldus

Baldus non ultra baſſato vertice parlat,
Invergognoſum nam viderat eſſe capuzzum.
At miſer illachrimans ſummiſſa voce gemebat,
O, Cingar, clamat, morior mi Cingar, & ante
Quam moriar non te potui comiteſque videre.
Tunc Cingar nimia tactus pietate cucurrit, *Pathos movetur.*
Voceque ſuppreſſam ſic ſe parlando paleſat.

Cingaris pietas erga Baldum.

Non te plus lateo, mi, mi dulciſſime Balde,
O mi dulcis amor, mi cor, mea ſpeſque decorque,
Sum tuus ille quidem Cingar, non noſcis amicum?
Non mi Balde comes noſcis me? reſpice quæſo,
Cingar ego, qui te ſolita cum fraude cavandum
Carcere de cæco veni diſſolvere, non te,
Non te Balde mori patiuntur numina cœli,
Non quod tanti hominis ſævum ſit nomen ademptum.
Sic dicens voltas bis centum baſiat illum,
Abrazat, ſtringit, lachrimis ſua pectora bagnat
Ille tuus ſum Cingar, ait, jam pone timorem,
Ne dubita, ſum Cingar ego, ſum Cingar onuſtus
Veſte ſub hac ficta martellis atque tenais.
Qualia ſunt equidem lachrimoſæ gaudia matris,
Quæ dudum mortum penſaverat eſſe fiolum,
Mox illum reddi ſibi vivum reſpicit, immo
Corpore gaiardum, rubicunda fronte galantum,
Talia ſunt equidem præviſo Cingare Baldi,
Qui velut à ſomno torpenti corda ſolutus
Atque reviviſcens, inſpexit fronte caduca,
Porrexitque oculos in Cingaris ora paventes.
Sed pro lætitia tanta parlare vetatur,
Quodque oculis propriis cernit ſibi ſomnia paret.

Togna.

Zambellus norat Baldum, ſtat quacchius in uno
Angulo, & ingenti terrore cagatur adoſſum.
Cingar ait, non non parlandi tempus habetur,
Perdimus interdum propter tardare boconem. *
Tunc Franciſcanam tollens de corpore cappam, *Notabile.*
Ferramenta cito ſolitam cavat extra ſachellam, *Limetta parva*
Fundit aquam fortam ſurdis roſegando limettis, *lima.*
Vincula quæque taiat leviter manicaſque bogaſque
Poſt intervallum modicum levat in pede Baldus. *In pede, adverbium ſignificat recte.*
Sed vix extrema ſtat pro ſtrachedine rectus,
Unde pignocadæ Cingar piat octo bocones,
Ac Malvaſiæ, quem geſſit apoſta, Fiaſcum,

Illum

Illum pro longo ſtabilivit carcere ſtancum,
Nam quid ſit preſon quam ſæpe provaverat ipſe.
Poſt hæc Zambellum clamat, mi frater Erine,
Huc accedatis cito, nos orare biſognat,
O Ieſum Chriſtum, cur? ola, frater Erine,
Cur non auditis dormitis forſitan? ola,
Zambellus parlat pavefacto corde nientum,
Pauper homazzolus deſiderat eſſe deforas,
Cingar item clamat, veniatis frater Erine,
Baldus miratur, quid clamas, inquit, adeſſum?
An latet hic aliquis? dic quæſo, Cingar ad illum
Omnia ſubridens breviter narravit ad unguem,
Obſtupuit Baldus tanta pro Cingaris arte.

Breviter & perfecte loquitur qui bene loquitur.

Comina.

Denique Cingar eum vadens retrovare gridavit,
Ah poverelle, voco ter vos, & ſic pigritatis
Reſpondere mihi? ſic obedire magiſtro
Diſcitis? eſſet enim vobis penitentia danda.
Zambellus dixit rogo vos mihi parcite, namque
Debemus fratres ſervare ſilentia ſemper,
Sic Quintine pater peradeſſum me docuiſtis.
Cingar ad iſta nihil quid reſponderet habebat,
Se caſtronatum caſtrono cernit ab uno.
Hunc tamen extemplo Cingar, Balduſque piarunt
Quem Franciſcanam deſcorrigando gonellam
Ad terram mittunt, ac omnia membra cadenant,
Sbadacchiumque ſibi ficcant, ne gridet, in ore.

Penitentia, macaronice poſita ad placitum, licet raro utatur.

Goſa.

Continuo turris ſcampanizabat arengum,
Qua Baldo teſtam confeſſo tollere debent,
Sollicitans aperit portam bariſellus, & extra
Stans vocat, em, nec dum confeſſus iſte giotonus:
Confeſſate cito pater hunc Quintine ladronem.
Baldus id aſcoltans voluit ſaltare deforas,
Diſplicuere ſibi nam talia verba ſuperbo.
Cingar eum pavidus tenuit per brachia dicens,
Pone ſi vis cerebrum nunc tu pauliſper acaſam,
Es doventatus nunquid vir abſque governo?
Mox cito reſpondet Bariſello, nunc veniemus.
O quantis plenus viciis erat iſte caveſter,
Non meritat veniam ſed centum milleque forcas,
Quem nunc abſolvo, ſed vos ô frater Erine
Exorate Deum devota mente fratantum.
Dum ſic parlabat, pſalmum Miſerere comenzat,

Fratantum, interea.

Vel

Vel de profundis primam gridando parolam,
Sed reſtum pſalmi quia non finire ſciebat,
Ore ſuſurabat veniens ad gloria patri.

Togna.

Jam Franciſcanam Baldum veſtire gonellam
Cœperat, atque docet qua forma debeat ire,
Ne foret ignotus faciens in fronte capuzzam,
Sub ſancto martellum portat uterque cucullo.
Ut menare manus poſſint urgente biſogno.
Ad portam vadunt pariter, cavalerus apertam
Quam facit, egreditur Cingar prius, inde chinato
Cum capite exivit Baldus, quem nullus adocchiat.
Tunc intrare cito poltrona sbiraia volebat.
Sed Cingar dixit cavaleró, quo venit iſta
Frezzoſitas? imo ſancte Deus, concedite tempus
Quo fleat almancum, vel quo penitenza fiatur.
Sic ait, & ſcapolans Baldo ſeguitante caminat,
Ingentes hominum reſcontrant undique turmas,
Cum ronchis, ſpadis, ſchioppettis, atque baleſtris,
Baldum expectabant nunc nunc de carcere trandum
Hunc omnes tanta pro laude vivere peroptant.

Concedite tempus quo fugiamus.

Almancum ſaltem.

Maſelina.

Nuper ſtopparant portas, pontesque levarant,
Neſcit enim Cingar qua banda cedat ab urbe,
Plus curat Baldum quam ſe, quia diligit illum,
Arrivat portam, dum ſic meditatur, ad unam,
Gens ubi cum ſolito faciebant ordine guardam,
Nec ſolam Prætor muſcam paſſare volebat.
Baldus habet voiam ſguarnazzam trare dabandam
Et cum martello plures confringere teſtas.
Cingar eum placat dicens, fac ſtulte pianum,
Deſine me penſare modum formamque ſcapandi,
Dum ſic ambo ſimul paſſu celerante loquuntur,
En propé viderunt grandem tranſire Baronem,
Quem ſoldatorum non poca brigata ſequebat.

Gens faciebant, ut pars in fruſtra ſecant.

Leonardus nobiliſſimus.

Iſte valentus erat, Leonardus nomine, claro
Sanguine progenitus, virtuti deditus omni,
Altivagam Baldi famam præſenſerat olim,
Cujus in ardentem ſe tam ſuccenſit amorem,
Ut iam per totum longis erroribus orbem
Circuerat, ſi fata darent quo cerneret illum.
Venerat huc igitur, totam ſed repperit urbem
Attonitosque omnes, ac arma minantia cœlo,

Igno-

Digitized by Google

Ignorat quæ ſit rumoris cauſa nefandi,
Eſt ſuper ingentem, bellum groſſumque cavallum,
Et rutilo Baldi galonem cinxerat enſe.
Viderat ut Baldus ſpadam, cito noverat illam,
Diſponit penitus ſi debet perdere vitam
Velle ſuam ſpadam, celeremus preſtiter, inquit
O Cingar, nam poſſe modum ſcampare trovavi,
Ille meum portat brandum gallone guererus,
Hunc volo, me ſeguita, meus eſt de jure, camina,
At Cingar Baldi furiam regit atque governat
Dextriter, i, parla, ſpadam ſis certus habebis,
Et ſic dicentes illum ſeguitare comenzant,
Qui tandem ſubiit cœtu ſectante Tavernam.
Cingar dans falſos dinaros cepit ab oſto
Lectum cum camera.
Tum Leonardus equos oſto recomandat eidem,
Quos, in qua ſtalla ponuntur, Cingar adocchiat.
Primus de razza turca roca forta vocatur,
Groſſior eſt alter natus de prole Reammi,
Quem baptizavit Leonardus ſpezzacadenam,
Tertius alter erat pulcher, non altior Equo,
Sed Barbareſchæ natus de prole cavallæ,
Nomine pardus erat curſu robuſtior altris,
Cujus de razza veniet dragus ille liardus,
Qui gonzagarum ſtallis portabit avantum,
Et magnum Franciſce tibi aquiſtabit honorem,
Maxime quum fueris Venetæ Capitanius urbis,
Contraque Francigenas ad Tarrum bella movebis,
Immortalis erit tunc magno fama Ridulpho.

Baptizavit, non quod baptizaſſet, ſed nominavit.

Pedrala.

Oſtus in inſtanti quæ ſunt cœnanda parechiat,
Namque Leonardus menſam fornire comandat,
Accubuere omnes, ſtat Menſæ in fronte Lonardus
Undique buttarat panceras, atque celatas,
Corrazzas, elmos, quæ cœnat, turba Lonardi,
Ut fit quando volunt ſoldati paſcere ventrem,
Baldus at in portæ fiſſuram pronus adocchiat.
O, quam pulchra ſibi Leonardi forma placebat.
Alter honeſtus erat Joſeph, pulcher Ganimedes
Facundus Cicero, Cato prudens, ferreus Hector.
Semper habet ſpadam lateri, quam Baldus habere
Geſticulat, tamen hanc contentat habere Lonardum
Sic fovet una duos natura, ſed inſcia mens eſt.

Ce-

Comina.

Dumque igitur comedunt, Leonardus dixit ad oſtum,
Fer cauſam, quare ſic urbs agitatur in armis?
Oſtus ait, quidam Fracaſſus nomine venit,
Aſſediaturus multis cum gentibus urbem,
Namque valoroſum vult vendicare Baronem,
Quem tam fama canit per mundum, nomine Baldum,
Cui nunc in platea teſtam mutilare parecchiant.
Quando Leonardus ſenſit quæ dixerat oſtus,
Vix potuit læto cum vultu condere doiam,
Sollicitat ſubito proprios mangiare ſequaces,
Dicit quod penitus vult illum cernere Baldum,
Baldus & aſcoltat quæ parlabantur ab illis.

Venit præteritum eſt.

Goſa.

Interea Cingar paulatim tela robabat,
Inque ſuam cameram Baldo gaudente ferebat,
Tandem bretinas ſpoliarunt ambo gonellas,
A capite ad plantas ſtipantes corpora ferro.

Comparatio.

Qualis equus juvenis, quem dicimus eſſe poledrum,
Egrediens triſtem longo poſt tempore ſtallam
Paſſutusque novo de fœno ſemper & orzo,
Vellet ſi poſſet rupta ſaltare cavezza,
Hunc appena valet ſtallæ retinere fameius.
Talis Baldus erat, qui de preſone cavatus,
Poſtquam ſe totum rutilantia veſtiit arma,
Bramat preſto foras ſolus borrire per urbem
Atque cruentatis cum teſtis atque budellis
Diſturbare Iovem, terram ſtigiamque maſonem.
At pro reſpectu prohibentis Cingaris urget
Poſſanzas nimias animi, coleræque bruſorem.

Longo poſt tempore. Sic Virgilius, longo poſt tempore venit.

Concluſio.

Aſt ego ſat dixi, ſervo præcepta Catonis.
Interpone tuis interdum gaudia curis.

Explicit Phantaſia Nona Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII *Argumentum. In Macaronicen Decimam Phantaſiæ.*

Cingaris ars patuit Zambello carcere tracto,
Baldus cercatur, detegit oſtus eum.
Expugnare ſuam properat gens tota tavernam,
Cingar Lonardi jamque parecchiat equos.
Baldus in hoſtaria contra duo mille reſiſtit,
Donec cum ſocio Cingare montat Equos.
Ad portam fugiunt urbis, fugiendo ſcolengat
Baldus Zambellum, datque Lonardus opem.
Major guerra furit, comites periere Lonardi,
Baldus Prætorem captat, & inde fugit,
Nam Cingar pontem valvis baſſarat apertis,
Et ſic tres pariter ſcapolavere viam.
Cingar Prætorem caſtrat, tum forfice ſnervat
Qui tandem Muſcis potus & eſca fuit.

MER-



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE DECIMA.

ALTIUS, ô, Muſæ nos tollere vela
 biſognat.
MISTERUMQUE facit gravius diſtendere ſchenam,
USQUE modo fregavit aquas mea barca poazzi,
Qui dormentato portum facit amne Nolani.
Uſque modo baſſum calzavit Goſa ſtivallum,
Nunc aliquantillum reſonent mea metra Thaliam,
Nunc mare tentandum, cui vitam credere mors eſt
Magnanimi Baldi celeberrima geſta canenti;
Dexter ades Serraſſe pater, vatumque magiſter.

Poazzus eſt alveus vetuſtus, per quem alias Padus fluebat.

Nolani portus.

*

Serraſſus maximus in quibuslibet liberalibus

artibus fuit.

Narratio ſecunda.

Proverbium deſperantis trat via bragas & eſt verbum compoſitum, tro via, tras via. trat via.

Jam Zambellus erat pavidus de carcere ductus,
Prætor oſellatum ſe norat, trat via bragas,
Beffaque contradas volitat manifeſta per omnes.
Noſcuntur fraudes, noſcuntur Cingaris artes,
Nam ſimiles ruſas faciebat ſæpe caveſter.
Mantua tota levat populum ſotoſora balordum
Ipſeque Prætori Zambellus cuncta recunctat.
Deſdegnatus erat, trombam facit ire per urbem,
Qui Franciſcanos fratres invenerit illos,
Mille guadagnabit ducatos.

Inter buſum & ſoppam differentiam vide apud AulumGellium.

Diſcurrunt omnes, veſtigant undique Sbirri,
Non laſſant buſos, non ſoppas, atque caminos,
Subvertuntque caſas, geſias, pallatia, turres.
Ac ſi Roſſinum Mantoum quærere vellent,
Uſque in latrinas callant, puteoſque profundos,

Rugare, & ſtigare.

Inque cagatores alii per ſtercora rugant.
Propter denarios ſunt absque pudore gaioffi.

Berta.

Oſtaria. penultimam abbreviare potes, ſicut uraniam.

Senſerat hæc oſtus, Pedrazzum nomine dicunt
Cujus in oſtaria Cingar Balduſque latebant,
Ante Poteſtatem ſubito manigoldus arivat,
Inque ſua, inquit, fratres albergare taverna.

Parentheſis.

Eſt inter ſtultos ſtultiſſimus ille tenendus,
Qui ſe reſque ſuas oſtis vult credere ladris.

Aſini geometræ vel Aſtrologi non reperiuntur,

Nonne geometras factos diſtinguere terram
Vel magis aſtrologos aſinos ſtrologare videbo
Quam credam quis poſſe bonus reperirier oſtus?
Non oſti curam peragunt, magis immo latronis
Extra balconem diſtendit pertica circhium,
Quæ procul aſpicitur parvo ficcata ſcovino,
Ad quam vel gambar, vel lignea ſpada tacatur,
Quando tavernarus ſentit piſtare cavallos,

Rognire, hinnire.

Ferratiſque viæ calcagnis tondere petras,
Aut naturali motu rognire biavam.
Preſto recordatus Chriſti mandata jubentis
Veſtris in domibus peregrinos ſumite ſtancos,

Gremiale, à gremio dictum, & eſt pezza linea, qua utimur in coquina. Unde Godianus.

Protinus apparet cingens gremiale biſunctum,
In primis teſtam viſazzo sbrettat alegro,
Quamvis non illam velis allozare tavernam,
Ad ſtaffam tamen ille tuam compagniter intrat.
Et ſimulatrici lætas facit arte carezzas.
Scongiurat quod habet polaſtros atque capones,

De-

Deque vitellina fecit modo carne guacettum,
Pro cujus poſſent bontate reſurgere morti,
Non mancant illis (de nugis) leſſus, aroſtus,
Tres vini ſortes, dulcis prius, inde recentis,
Et qui dum bibitur, ventris penetralia raſpat,
Non deſunt albi lenzoles, optima ſtalla,
Mazaticum fœnum, tandem bona chiera fietur.
Cuncta ſed intratus retrovas contraria ſemper,
Præteritæ quoniam cœnæ reſcaidat avanzum,
Et giurat quantos vivunt ſuper æthera ſanctos
Atque ſacramentat, quod alhora coxerit illum.
Sed nimium cœnare cave, nam quisque boconus
Scribitur, ad finem tua geſtat burſa malannum
Dum ſatiare gulam tendis, ſcarſella vodatur.
Impleri gula vult, ſed non vult taſca vodari.
Non unquam potuit gradire guloſus avaro.
Mox tibi lenzoles fingit mutare biancos,
Quos nunc nunc alio pigaverat hoſpite ceſſo,
Ut poſſit donare fidem pigatio talis.
Sanguine ſi carnes opilatas forſan haberes,
Ne dubita, quoniam cimices pulicesve, ſalaſſant,
Non te cornettis melius guarire ficatis
Luca quiret, quam gens purgans cimicina cruorem,
Nos vigilare docent, ladrosque cavere latentes.
Sed poſtquam noctis totas numeraveris horas,
Surgis, & ad ſtallam vadis guarnire giumentam,
Teque trovas abiens robbatum ſemper ab illo.

Pedrala.

Sic Baldus, Cingar falſo trapolantur ab oſto
Tunc omnis mundus Prætore jubente levatur,
Arma capit, celeratque illam aſſaltare tavernam,
Protinus adviſat Martin trombetta Lonardum
Ut ſe oſtaria ſubito dipartet ab illa,
Cingar id attendens ſic Baldo territus inquit
Heu mi Balde, mori nos convenit. ecce periclum
Imminet, in trapolam tandem vulpecula caſcat.
Baldus eum guardat, quid ais, mi Cingar honoris
Eſſe poteſt melius, quam bello tradere vitam?
Soldatis equidem laus eſt certando morire,
Cingar diſcazzat Baldi ſermone pauram
Extraque balconem parvum ſe preſtus aſogat,
Namque Leonardi ſperat robbare cavallos,
Sed famuli ſtallæ poſitis arzonibus illos
In punctum ſtatuunt, quia vult equitare Lonardus

Pinguifico ſemper lardo gremialia pendent.

Chiera eſt, illa ſuperficies vultus, qua lætus aut triſtis animus paleſatur, Homerus.

Monſtrat alegrezzam cordis ſua chiera galanta.

Numeraveris horas, quia dormire non potes.

* *Notandum.*

* *Notandum.*

Aſogo aſogas, eſt cum auxilio brage callare.

Baldus ibi ſolus reſtat generoſus in armis,
Mille annos una hora ſibi eſt certare daverum.
Ignorans cauſam Leonardus preſto reſurgit,
Imperat & famulis ſociiſque reſumere tela,
Currunt ad ſtallam propter montare cavallos
Mira Cingaris aſtutia. Jam poſito in ſtaffam pede vult equitare Lonardus
Sed Cingar clamans per frenum corripit illum,
Sta, dixit, ſaldus mandat tibi noſtra poteſtas,
Ut deſmontatus ſuccurras prehendere Baldum,
Blaſphemia ſpagnolica. Cui Leonardus ait, meus hic num Baldus alozat
Immo giuro deos pro Baldo ſummere mortem.
Diſpono ſeguitate cito, ſeguitate ſodales,
Nunc mihi dulce mori, nunc nunc gratiſſima mors
Et levis in curvo ſaltans arzone ficatur. (eſt,
Cingar alegrus ei ſe ſe manifeſtat apertum,
Supplicat atque velit fortes preſtare cavallos,
Cum quibus hoc Baldus poterit ſchifare periclum.
Tunc ſe buttavit preſtus de arzone Lonardus,
Cingaris in faciem lachrimans dedit oſcula centum
Mox ait, indarnum nil nos modo ſtare biſognat.
Non non parlandi non tempus facta requirunt.
I, ſequar. atque meos faciam ſequitare Barones.
Pro magno ſtatui Baldo dimittere vitam.
Cingar Equos tantum recchiedit, ſed Leonardus
Non dat equos tantum, Baldi cito porrigit enſem
Quem lætus Cingar brancat, cingitque galono.
Mox juvenem pregat, atque ſuos devote ſodales
Ut pariter portam feſtinent urbis ad unam,
Ac ibi ſtent prompti ſi forſan Baldus & ipſe
Ad totam briliam veniant ſtringendo cavallos,
Protinus arma pient, pontemque calare fatigent.
Sic faciam, Leonardus ait, tunc præſtiter altrum
Scandit Equum, properatque ſua ſectante caterva.

Comina.

Iamque propinquabat vaſtus de gente canaia,
Oſtus eam guidat lucratus mille ducatos,
Ducatos Spagnoliter. Ut quondam fecit Judas tradendo magiſtrum.
Ecce domus turbis repletur cuncta bravoſis,
Orantem Chriſtum qui velle piare videntur.
Quum ſurgens illis dixit, quem quæritis? adſum.
Nec tamen his Baldus dixit quem quæritis? adſum,
Non expectavit quod Cingar ſguaginet enſem
Auriculamque taiet Malcho, qui primis iniqua
Præſumpſit vincire manu quæ brachia Cœlum,

Quæ

Quæ terram, mariumque ſinus quæ tartara ſiſtunt,
Non dixit Baldus guarda, ſed menat abaſſum.

Incipit crudele certamen Baldi.

Ecce ſuper ſalam populi ſquadronus arivat
Nubila verſantur magno clamore gridantum.
Namque ſimul sbraiant, exite, exite ribaldi,
Oſtus adeſt primus, cameram deſignat apertam
In qua ſtat Baldus ſolo gianetone paratus,
Qui cameræ portam quando ſibi vidit apertam,
Mille quoque haſtarum ſtipantes limina punctas.
Protinus ad primum gianetonis vulnere colpum
Trat Conteſtabilem paſſato pectore mortum,
Quem poltronzonem Sbirri dixere Vigazzum
Inde cito revocans gianetonem vulnerat altrum,
Quem veluti ranam medio ventramine paſſat.
Plura ſuper limen fit conculcatio gentis,
Quos gianetonatis crebris fat ſtare dacantum.
Cingar equos habet in certo cantone paratos,
Expectans Baldum donec deſcenderet illuc,
Baviger aſpectu digitos mordebat acerbo,
Seque modum penſans fugiendi macerat intus,
Naſcitur immenſus per vaſtum clamor olympum
Prehende, cridant, ladrum ſtaſaldus, prehende ribal-
Ferte focum, ſcalas, intra, day, percute guarda. (dum
Baldus in ignivoma facie, dum certat, avampat.

Comparatio.

Non ſecus ut quando Vulcanus forbice gremit
Dudum ſufflanti braſatum manice ferrum,
Quod Brontis Steropiſque cito martellus aſaltat,
Undique ſintillant: tich, toch, piſtante favillæ
Transgianetonatas omnes ſotto ſora buttabat
Et veluti dainus ſtans ſemper in aëre pirlat,
More leonino rabidam ſtigaverat iram,
Nilque loquebatur, tandem ſic ore gridavit,
Quod facere o triſtes capelazzi creditis unquam?
Vos tanquam vaccas sforachiabo more becari,
Te nil formido, te nil tremo bruta canaia.
Sic inſultanti gianetonem voce cruentum
Concitat, & gambis omnes facit ire ſtravoltis.
Nemo (licet brazzo targonem portet apiccum)
Audet ſanguifluam cameræ tranſcendere portam
Nam targas veluti maſcherpas trajicit omnes
Non tamen ipſe foras oculatus vadere curat,
Sic nimiam contra gentem combattere laudat.

Squadronus, quem bataionem Florentini vocant.

Tra, tras, trat.

Fo, fas fat.

Baviger, gerens bavam.

Gremit, brancat.

Capelazzi Mantuanicè dicuntur viles & codardi.

Non pluſquam ſeptem poſſunt certare, vel octo.
Cætra turba gridat ſolum, procul atque minazzat.

Togna.

Ergo per intornum muros ſcalzare comenzant,
Quo poſſint omnes partem pugnare per omnem,
Quam rem cognovit Baldus feriensque repenſat
Quid faciat, vel de ſumma ſaltare feneſtra,
Vel ruere in medios, morti contrarius, hoſtes,
Contra Bombardas velut audet currere ſguizzer.
Talia dum meditat ruit alti machina tecti,
Quæ miſerum vaſto ſepelivit murmure Baldum
Præſtiter accurrunt omnes ſub mille quadrellos
Lapſum trare volunt, at Baldus fortius extra
Se cavat & ſcorlans teſtam dedit ore gridorem,
Lanzonemque tirat de ſaxis, at ſine ferro.
Namque dishaſtatus nimio ſub pondere manſit,
Stringitur ambabus tamen haſtæ fractio palmis,
Baldus & in plebem ſaltu ſe gettat in uno,
Targones ſpezzat, maiam sfrantummat, apertam
Quiſque viam præbet voltans calcanea fronti.
Tartufolas naſare ſuas non ullus ariſgat.
Sed banda ſemper gens ingroſſatur ab omni,
Urbs ibi tota ruit, vult hunc omnino taiatum
Millibus in pezzis canibusque butare coradam,
Clauditur intornum Baldus. parat hic, parat illic,
Qui ferit in fianchis, qui retro', qui ferit ante,
Quive manu drittos qui punctas, quive roverſos
Montanoſque tirat ſuper illum tela fioccant,
Sbraiatur, ſta ſalde ladro, ſta ſalde caveſter,
Vocibus innumeris Cœlum, Mare, Terra boaxat
De fundo ad culmen transbaltigat illa taverna
Nil sbigottitur Baldus, cor pectore ſaldum
Stat velut ob ventos Turris famoſa Cremonæ.
Deventatque magis conſpecto ſanguine durum.

Maſelina.

Cingar ad ingentem ſtrepitum drizzabat orecchias
Nec ſe, nec Baldum ſperat montare cavallos.
Corripit ignotus quadam foraveſte ſpedazzum.
Atque ſuper ſcalam properans en obviat oſto,
Qui deſcopertum Baldum traditorus habebat,
* Non ſtetit induſians, nec dicere, guarda, ſed illum
Usque ad prolixas ſpeti trajecit orecchias.
Unde sforacchiato patuerunt ventre budellæ.
Vidimus experti quod quiſquis fallere cercat,

De-

Perintornum, undique.
Omnes per omnem figura eſt, quæ dicitur galantaria.
ſguizzer, impavidus artelarie.

Ariſgat, pro audet, Sic Homerus. Adverſis nunquam ſe rebus ariſgat Vlyſſes.

Transbaltigat, cigat, ninigat, nutat.

Notandum.

Deceptum tandem ſe cernit tempore quoquo.
Cingar ſalottum nullo terrore ſubintrat,
Hic videt horrendam guerram, miſerumque travajum,
Hic inter centum ſpadas centumque pugnales
Stare trovat Baldum, qui ſe deffendit ut haſta.
Hic inter centum Maſtinos invenit urſum,
Inter falcones aquilam diſtendere grifas.
Tunc ubi combattit ſe ſic parlando butavit.

Quo quo, galantaria eſt.

Comparationes.

Animoſitas Cingaris.

Cingar ego mi Balde comes, ſta ſaldus ad arma
In quibus ante pient quam nos moriemur in unum.
Inde gridat, ſcampate viam poltronica turba,
Non vergognatis? non non zentaia ferire
Contra duos tanti? quæ laus? quæ gloria veſtri?
Dum ſic bravabat media ſe gente ficavit,
Et monſtrat quod poſt dictum benefacta ſequuntur
Innanimat ſemper Baldum, filzatque budellas,
Nunc de calce tirat, nunc ferro ſaltat in altum,
Circumcirca rotat pedibus, parat undique bottas,

Pedrala.

Cingaris altorium quum Baldus ſenſit adeſſe,
Fraxineam menat tantis cum forcibus haſtam,
Quod faciens illam in centum milleque pezzos
Plus de trenta viros colpo aterravit in uno.
Cingar pro tanto ſtrepitu cedivit.
Sed quando fractam gens peſſima viderat haſtam,
Protinus in ſemmam Calca coeuntur in una,
Et contra Baldum veluti montagna ruinant,
Nil tenet in manibus niſi guantos ipſe miſellus,
Unde ferat pugnos, & dentibus ore chiavatis
Cum pugnis calciſque ſtudet non perdere vitam.
Dat nihil in fallum, colpo cadit unus ab omni,
Si quandoque virum ferit in culamine quenquam,
Ille ſibi collum ſolaro frangit in alto.

Cedivit, parum defuit.

Calca, anguſta caterva eſt.

Comina.

Cingar habens oculos (ut dicitur) ante padellam
Scilicet ut Baldus ſoratuttum non moriatur,
Hunc videt à tantis fracto lanzone feratum,
Ergo ruit qualis porcus ſingiarus in illos,
Seque valenthomini Baldo piantavit apreſſum,
Ac ibi cum ſpeto facit undique ſtare dabandam,
Sbarratat gentem, ſforracchiat & arma fracaſſat
Mox rutilam Baldi ſpadam tulit extra guainam,
Quam porgens illi magna cum voce gridabat.

Proverbium.

Soratuttum, ſuper omnia.

Ecce tuus jam brandus adeſt, hunc accipe Baldo
Quem rogo fac ſimilem corrallo ſanguine roſſum,
Baldus alegrus cum ſubito sbalzando piavit,
Perſtrinxitque illum manibus furibunde duabus.
Incipit en tanto crudelem quippe macellum,
Quantum non fecit ſub Roncis valle Rinaldus.
Tu niſi per celſum palazzi, monca ſolarum
Brachia cernebas teſtas gambaſque volare.
Continet optatam longo jam tempore ſpadam.

Adhæret opinioni Alovifii, qui contradicit Spagnæ auctori.

Nomina valenthominum.

Nil pavet ulterius, Cæſar pateat alter in armis
Immo Pompeius, Tarquinius, alter Achilles.
Penthesilea furens, Alcides, Hector, & Aiax,
Vel de judaico populo Rex David, & ille
Terribilis Sanſon, Judas, Macabæaque proles.
Vel magis Orlandus, Daneſius, atque Rinaldus
Dudon, Richardus, Vivianus, Berliger, Otto,
Buſori & Aſtolfus ſemper caſcare paratus.
Hos omnes Baldus magnis cum forcibus æquat.
Non Anchroia fuit tantum poſſenta, nec ille
Qui fadatus erat Feraguttus, vel Balugantus.
Nil fuit ad Baldum Sacripas, Rodomonſque pagani.
Nil quoque Duraſtans, vel Squercia, Berra, Burattus
Nil quoque Centauri fratres Tarraſſus, Ignarus,
Hos æquat Baldus fortiſſimus, immo ſuperchiat,
Non valeo contare quidem quam fortiter obſtat,

Comparatio.

Cum quali furia taurus ſub amore vedellæ
Millibus à canibus quando aſſaltatur in agro,
Nunc pedibus ferrat, nunc illos cornibus urtat
Spernazzat ſabiam magnos trat in aere calzos,
Oreque ſpumigero cœlum mugitibus implet,
Sic inter gentem Baldus ſuccenditur illam,
Teſtas & gambas truncat, brazzoſque manuſque
Subvoltatque oculos nigra ſub fronte braſatos,
Mandrittos vibret, montanos, atque roverſos,
Eſtque ſuum corpus diverſo turpe cruore,
Qui cruor emanat per ſalam fluminis inſtar.
Cingar ſtat lateri, multo ſoſiamine pugnat,
Qui clamans Baldum cunctis oldentibus inquit.
Balde comes, venias poſt me, deſcendere ſcalam
Jam volo. ſic dicens rubro ſecat agmina ſpeto,
Incipit & ſcalam per vim ſmontare gradatim
Semper eam ſeguitat Baldus, reparatque ferita

Sed

Sed gens tota ruens vibrabat ſaxa, quadrellos,
Alter aquam gettat ſummo balcone boientam,
Ex illis multi quamvis manſere Pilati,
Non tamen abſque aqua calda tunc Cingar abivit
Namque ſuo capiti plures crodavere capilli.
Alter afogatas non ceſſat fundere braſas,
Alter ne fugiant lazzos hinc inde parecchiat,
Cingar at inſultans ſcala deſcendit ab illa,
Quem ſequitur Baldus multam faciendo fadigam.
Tandem Cingar equos arrivat, ſeque reducit
Cum pede dans calcem portam ſotoſora butavit,
Et ſubito ſtallam Baldo prior intrat apertam,
Sed Baldus, dum Cingar equo ſaltare fretabat,
Tamquam pillarum firmat ſe in limina portæ,
Hanc intrare quidem pro Baldo quiſque ſtopinat
Namque ibi tam ſcuram cœpit replicare baruffam,
Quod de mazzatis in poco tempore fit mons.
Cingar copertas de maia ſupra cavallos
Straverat, ergo ſuper Rocafortam pelle griſonum
Nil mittendo pedes in ſtaffam concite ſaltat,
Accipienſque unum Lanzonem forte catatum,
Imbrazzat ſcutum ſtallamque repentiter exit.
Protinus & Baldus dum poſſidet hoſtia Cingar
Supra diabolicum ſaltavit Spezzacadenam,
Tunc ambo ſtrictis cum calcibus inſtar aquoſi
Turbinis in ſegetes quando Jovis ira fracaſſat,
Eſt ubi calca magis faciunt ſlanzare cavallos.
Quales Griſones, Tigres, fulvique Leones,
Tales ſunt iſti repetantes quippe cavalli.
Qui modo cum calcis urtant, modo dentibus oſſant
Frena biaſſantes oculorum lumina torquent,
Seque tumeſcenti rectos ut pectore drizzant.
Poſtea callantes feriunt cum calcibus æquis,
Et volitare viros faciunt ad nubila mortos.
Nil fuit ad tales Corſeros nempe Baiardus,
Quamvis diablos ſeptem portaret adoſſum,
Nil Rondellus erat, Briafortis, nil Briadorus,
Nilque Valentinus Mambrini Alphana, Morellus,
Hos omnes iſti ſuperant forzaque fugaque.
Calcibus iſtorum non durant arma, virique,
Gaudet Baldus habens talem bellando Cavallum,
Quadruplicat forzas ſoldati forza cavalli.
Sed gens tanta quidem canto renovatur ab omni,
Quo plus ammazzant, plus illi creſcere parent.

Jam

Proverbium. Nulla fit colliſio abſque aqua.

Crodare, pro caſcare, ut poma ex arbore crodant, ait Lucretius.

Coperta, veſtis equina.

Roccaforta griſonus.

Comparatio.

Oſſant, pro exoſſant.

Notandum. Canto parte, hinc derivat cantonus.

Jam ſtraccatus erat Cingar, jam Baldus habebat
Quamvis non eſſent mortales, quinque feritas.
Cingar eum clamat, Baldus ſeguitare comenzat,
Et contraſtantes ſemper gaiardius illis
Egrediuntur eam fracto ſquadrone Tavernam.
Tunc Urbis verſus portam ſperonat uterque,
Atque levi curſu parent dare vela cavalli.
Sed populus currendo dretum sbraiabat ad auras
Piglia ladrones, dai, dai, ne andare ſinatis.
Quando Leonardus venientes proſpicit illos,
Atque cavallorum ſtimulari calce fiancos,
Protinus eripiens brandum fendente tirato,
Ad portinarum teſtam de netto levavit.
Tunc gens quæ facit hic guardam concurrit ad arma,
Circundatque alto Juvenem clamore galantum,
Et jam ſtaccatas centum ſuſceperat ille.
Ergo ſuum ſtringens validum furioſe cavallum.
Sexaginta viros balzo ſuperavit in uno.
Extra giavarinas zanettas, extraque piccas
Ille cavallus eum rapido balzamine portat.
Ipſa Leonardi gens preſtiter arma ſguainat,
Quando videre ſuum dominum ſic undique ſeptum.
Non ſtant ut faciunt poltroni cernere factum,
Protinus in calca ſtricti, groppoque reducti,
Auxilium ſpreta dant caro morte patrono.
Hic quadraginta viri contra duo mille repugnant
Hic centum ſtoccos audis confringere targas,
Hic brazzos gambaſque vides, ſpallaſque taiari,
Hic variæ voces morientum ſidera tangunt,
Hicve Leonardus fert ſpadam ſanguine roſſam
Qui clamat ſanctum Petrum, ſanctamque Mariam
Qui gridat miſerere deus sborrando fiatum,
Qui ſtravacatus humo pedibus fullatur equorum,
Qui perdit natos, qui uxorem, quique fradellos,
Qui fugit & prolat retro linquendo coradam,
Qui jacet abſque manu, qui ſaucius intra budellas,
Hic ferit, ille parat, fugit hic, ſequit ille fugatum.
Aſt ubi cum Baldo Cingar comitante propinquat,
Nec bene præcipiti curſu arrivaverat illuc,
En procul apparens Zambellus valde minazzat,
State ribaldones, gridabat, ſtate gaioffi,
Nunc ego ſum juſſu Prætoris boia creatus,
Hoc datur officium mihi vos caſone picandi.
Sic ait, & raſeo vult infilzare cavallos.

Dai, dai, incitantis eſt.

Balzus, & balzamen eſt equi ſaltus.

Fullatur, colliditur.

Zambellus factus boia.

Mirabar ſi habuiſſet ſpetum.

Bal-

Baldus per collum, dum paſſat. corripit illum,
Ac ſuper arzonem nil diſconzatus aterrat,
Cui brancando pedes & collum more polaſtri
Strangulat, & jacens tanquam ſi galla fuiſſet
Hunc facit immenſi culmen ſuperare palazzi.
Quo jactu multi ſtupuere, nec amplius illos
Perſeguitant, immo pavidi calcanea voltant.

Galla eſt fructus illicis multum levis.

Zambelli interitus.

Goſa.

Occiderat juvenis jam tota fameia Lonardi,
Junxerat huc gentis nam maxima turba novellæ,
Quæ quoque formoſum Leonardum forte necaſſet,
Illuc ni Baldus ſpronaſſet Spezacadenam,
Qui cernens juvenem trans agmina tanta feratum,
Erripit horrendum tumido de pectore gridum,
Perſtringitque Enſem tali sfronzante roverſo,
Quod teſtas ſeptem ſine buſto miſit arenæ.
Poſthæc ad ſummam pallazzi ſtare feneſtram
Vidit Prætorem bravoſa voce gridantem,
Prehendite ladrones, quæ vos induſia tardat?
Cur non tres ſolos comprehendere mille valetis?
Tanta codardia eſt in noſtris ergo guereris?
Baldus ad offenſam revocat ſua pectora vecchiam
Intrat pallazzum trans centum mille gianettas,
Ad ſcalæque pedem ſaltat de Spezzacadena,
Cervellis ſua ſpada colat, rubeoque cruore,
Sed quamvis habeat naturæ munera forzam
Majores odium dat vires attamen illi,
Prætorem penitus vult ammazzare gaioffum.
Aſcendit ſcalam, cui trantur ſemper adoſſum
Saxa, trabes, flagranſque cinis, ſpezzique matones
Denique ſopravenit, Prætor fugit, ipſe gridorem
Ingentem laxat pariter, tiratque roverſum,
At non colſit eum, ſed ſpezzat grande pilaſtrum,
Unde ruinavit zoſum pars multa ſolari.
Innumerique homines ſubter periere quadrellis.
Nil tamen interea deſiſtit currere Baldus,
Prætorem incalzat, qui miſchinellus ubique
It latitando petens veniam, ſed Baldus orecchias
Stoppat ſordinamque ſonat; vult prehendere vivum,
Parque referre pari,
Prætor ducatos dare ſeptem mille ſpopondit,
Ut ſit contentus vitam concedere vivam.
Baldus ſdegnatur, nec reſpondere valebat,
Quo magis ille rogat, crudus magis ipſe deventat

Mirabilis colpus Baldi.

Appoſitio.

Spezzi pro ſpezzati.

Matones differunt à quadrellis, lege Vitruvium.

Proverbium.

Parque referre pari, ſententia divi Hieronymi.

Si

Si dare tunc Venetum voluiſſet nempe teſorum
Non accepiſſet, quia non corrumpitur auro
Baldus, juſtitiæ quo incagant ſæpe tiranni.
De quodam cantone rapit finaliter illum (verba
Non valet hic hominum gridor, arma, bravoſaque
Per medias ſpadas portat ſe fortiter extra
Semper habet ſtrictumque tenet ſub tegmine brazzi
Prætorem, qui clamat opem, qui gridat aiuttum.
Regreditur Baldus, mens creſcit forza vigorque
Nec bene ceſſarat totam deſcendere ſcalam,
Quod tercentum homines dentegavere terenum
Denique ſe accoſtat per forſam Spezzacadeuæ,
Sbalzat & in ſella ſe reperit eſſe ficatum,
Antequam pedis intraviſſet planta ſtafilum.

Notandum.

Dentegare terrenum melius quam oppetere.

Stafilum poſuit pro ſtaffa.

Comparatio.

Non aliter miſeram vides portarier agnam
Ore lupi quam mille canes, quam mille vilani
Scodere non poſſunt cum factis atque parolis,
Sicut Prætorem fert inter bracchia Baldus.

Berta.

Cingar at interea ſpadam vibrare rafinat,
Jamque foresaperit, pons callat, aperta ſcapandi
Fit via, quod cernens Baldus vocat ante Lonardum
Mox ſperone fugam rapit, illico ſubſequit alter,
Et ſic tres ipſi pariter carneria portant.

Portare carneria, inferius dicam.

Maſelina.

Non illos curant ſtracchi ſeguitare gazani,
Gaudent immo nimis tres evaſiſſe diablos,
Sunt affannati, redeunt languendo pregantes
Ut de deſtreris valeant ſibi rumpere collum,
Namque fadigarum tantarum cauſa fuere.
Qui truncatus erat brazzum, gambamque pedemque
Quiſque valoroſi Baldi guſtaverat enſem.

Pedrala.

Baldus Mantoum ſgombrat fugiendo terenum,
Donec campagnam Veronæ ſtraccus arivat.
Hic affannatos diſmontavere cavallos,
Inde Poteſtatem nulla mercede ligantes
Totum vimineis tambuſavere flagellis,
Moxque baricocolos, membrumque virile ſecarunt,
Ipſemet ingordo quos mandat gutture zoſum
Poſt hæc inſtar equi ſnervarunt, forfice nares.
Truncarunt aures, oculos dentesque cavarunt.
Hunc ſic fornitum retro liquere bonhomum,

Ironice bonhomum.

Qui

Qui factus tandem moſchonis eſca bovinis,
Tradidit infœlix animam ſimilandus iniquo
Herodi, vivendo fuit qui vermibus eſca,
Novimus hunc merito poltrona morte necatum,
Cujus vita fuit fraus, broda, libido, gaioffi.

Concluſio.

Sed quoniam ſtraccor Baldi cantare prodezzas.
Vos quoque jam decimum phantaſma relinquite Muſæ.

Explicit phantaſia Decima Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII Argumentum. In Phantaſiæ Undecimam Macaronicen.

Colligat altus amor Baldum, ſimul atque Lonardum
Cingar & ad Chiozæ littora ſguazzat equos.
Imbarcantur ibi mare namque videre peroptant,
Menat & illuc oves turba Teſina ſuas.
Cingar caſtronem pegoraro comprat ab uno,
Quem getat in pelagum, quæque ovis hunc ſequitur.
Omnis anegatur pegorarum ſquadra, Teſini
Dum bravare volunt, Baldus amazzat eos.
Nauta procelloſum fieri mare ſentit, & ante
Contra fortunam ſe parat ire trucem.

MER-



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE UNDECIMA.

TEMPUS erat quando Sol Tauri cornua ſcaldat.
IMPREGNATA novos emittunt arva fiores.
FRONDIFICANT boſchi, ſalices viridare comenzant,
Provocat & ſompnum cantu roſignolus in umbris
Undiculis tremulis fontanæ prata bagnaſcunt,
Quando ſimul Baldus, Cingar belluſque Lonardus,
In quemdam roſeis completum floribus agrum
Non procul à Chioza deſmontavere cavallos.
Hic Pinus celſam porgebat in æthera cimam,
Quæ prohibet ramis penetrare bruſamina Phœbi,

Roſignolus, & Philomela.

Lonardus, & Leonardus per cotonoſiam.

Bruſamina, calorem exceſſi-

Ac pulchram ſpiſſis cum frondibus explicat umbram
Sub qua projectis armis dant membra quieti ,
Atque reaſummunt in laſſo corpore forzam.
Hic tacitum Baldo promit Leonardus amorem ,
Unde ſodalitium nunquam ſmembrabile natum eſt,
Namque ragionantes ſimul ingroppantur amici.

vum, Columella, ponite freſcadas, ne ſol bruſamine lædat.
Notandum,
*

Baldus dimandat qua ſit de prole creatus ,
Cui Leonardus, ego verum mi Balde fatebor ,
De Pompeianis Romæ ſum gentibus ortus
Me tua diverſum conduxit fama per orbem ,
Per freta, per montes, per valles, perque pianum,
Tandem poſt longos errores ſortis aiutto ,
Talem tè reperi, qualem perſenſimus olim ,
Scilicet eximium ſenſu, guerriſque probatum ,
Maturum, placidum, mitem, laudesque per omnes
Dicendum, quem vir non tantum debet amare ,
Sed fera, vel ſaxum, vel guardia Cerberus orci
Baldus ait, ſtupeo cum ſis generoſus & alto
Stemmate progenitus, gracilis rudis atque vilani
Quæris amicitiam ; non hæc dilecte Lonarde ,
Non hæc, inquam, homini bene ſtant præconia baſſo.

Cerberus appoſitio guardia orci.

Comina.

Talia dum ſimul humano ſermone loquuntur ,
Cingar equos leviat ſellis ponitque cavezzas ,
Quos voltare ſuper ſtrammum ſtallareque fecit.
Hinc mare non procul eſt ad quod ſguazzare caval-
Cingar abit; ſecum bellam cantando roſinam (los
Adveniens pelagi quo pulſant littora fluctus.
En videt immenſam navem Zenoveſibus aptam
Quæ tenet in largis buttas ſex mille cavernis.
Hæc in Turchiam multas onerata facendas
Ferre parat , quoniam proſper , tenet æquora ventus
Immediate vocat Cingar, cignatque patrono ,
Cui parlans multam ſpondet pagare monetam ,
Si compagneros vult tres, totidemque cavallos
Ducere Turchiam verſus, patriamque Mororum.
Eſt res difficilis, reſponderat ille, daverum,
Namque modo venient pegorari trenta teſini ,
Qui navem debent pegoris caricare teſinis.
Cingar ait, quid ad hoc? age quæſo care patrone
Tres ſumus, exiguum ſpatium gens pauca rechiedit,
Annuit ille, tamen faciat frezzoſè pregabat.
Sic faciam cui Cingar ait, vertitque cavallum ,
Mox ad connexos in amore cucurrit amicos,

Roſinam cantilenam ruſticanam.
Menſura navium iſtæ ſunt buttæ.
Compagneros Spagnolice. Compagnos Lombardice.
Lana Tedeſchiter.

Narrat eis factum, læto qui corde levati
Diſpoſuere maris terræque videre paeſos,
Cernere namque novas coſas iuvat ire per orbem.
Et verſus pelagum cœperunt flectere brenas.
Tandem conveniunt ubi maxima barca moratur
Quæ non barca quidem, magis urbs parebat in undis.

Brena & bria, ſunt rena cavallorum, poetæ abutuntur habenis.

Parentheſis de Bergamaſchis.

Hic mercadantes propriam introducere robbam
Valde fadigabant, cernebas mille fachinos
Per ſex marchettos humeris imponere ſommas.
Ut Cato noſter ait nemo ſine crimine vivit,
Si Bergamaſchi damnantur crimine quoquo,
Crimen avaritiæ ſpecialiter imputat illos.
Non Bergamaſcos habitantes dico per urbem.
Sed quos paſſutos caſtagnis, atque goſatos,
Vel macco ſaturos mandat montagna deorſum.
In ſpallam portant ſaccum, togamque recinctam,
Et cantant vacui coram latrone viantes,
Sunt homines baſſi, largique in tergora, pingues,
Et dicunt alias gentes non eſſe dolatas
Perfecto ligno, nec habent ſua congrua membra
Namque goſo mancant, naſcuntur & abſque gavozzo.
Unde ſuperbeſcunt, quod eos natura creavit
Diſſimiles aliis forma, belloque decore.
Semper habent pectus ſtomacumque pilamine foltum
Nec geſtant pezzam ſcarlatti deſuper illum,
Strutio namque minus poſſet ſmaltire piombum,
Quam poſſent ferrum graſſi padire fachini.
Ad paſtum mangiant formaggi quinque librettas
Formaggio quoniam ſolidant mangiamine ſchenam
Caſeus ingroſſat cervellum, non tamen iſti,
Sunt groſſi cerebro propriam contando raſonem.
Bergomeæ genti gens Florentinica cedat,
Plus Bergamaſco fert vermocanus in ore,
Quam centum chiachiare, quas ô Florentia dicis
Non urbs, non caſtrum, quod non ſit plena fachinis
Arte fachinandi nil ſe gens altra fatigat,
Sunt Bergamaſcha ſolum de prole fachini.
Fælices etenim, quoniam verſantur ubique, (ter
Nobiliumque domos habitant, retrovantque frequen-
Venturam magnam Domino Dominæque placentes.

Maccus, eſt pulmentum ex ſemola & botiro, contra hydropiſim, teſte Hippocrate.

Goſus latinè, gavozzus græce, & eſt quædam inflatio carnis nervoſæ circa collum, nunquam in pedibus accidunt.

Formaggium Bergamaſche.

Goſa.

Hanc igitur navem tendunt onerare fachini,
Supra quam ſaltant Baldus, Cingarque Lonardus

At-

Atque gubernarunt quodam cantone cavallos.

Togna.

Interea veniunt cifilantes ſæpe Teſini,
Qui tria de pegoris ducebant agmina ſecum,
Quodque agmen pegoras forſan duo mille governat
Prima per orecchias ſurſum nolendo tiratur, *Pegorarum inſtinctus.*
Hanc ſeguitant aliæ quam preſtiter abſque labore
Nam pegoris natura dedit ſeguitare priorem.
Sed quando Baldum ſociosque teſinica turba
Videt equis Navem impediſſe, quid inquit alogias
Soldatos iſtos pegorarum ſepta cupantes? *Cupantes ruſtice pro occupantes.*
Quidve cavallazzos iſtos te ſumere fecit?
Non audis patrone ratis? quin eijcis illos?
Ejice ſoldatos, inimicos eijce noſtros,
Nam contadinus cum milite vivere neſcit, *Soldati & ruſtici nunqnam conveniunt.*
Atque ſofriremus mutuas mangiare budellas.
Sed baſtonatas quas aſſagiamus ab illis
Reddere voia venit, detur ergo licentia vandi *Aſſagiamus tam vinum quam baſtonatas.*
Navita non audit, convitia plurima dicunt,
Tollere non alios in barcam namque ſpopondit.
Sed Barcarolos quis non trovat eſſe boſardos? *Notandum.*

Berta.

Baldus ut audivit bravamina, ſcoriat enſem,
Nam ſibi diſplicuit villanos eſſe ſuperbos.
Cingar eum tenuit dicens, mihi deprecor iſtam
Deſine vindictam, nunc nunc miranda videbis,
Eſt villanorum toleranda ſuperbia nunquam *Notandum.*
Altri ridebunt, altri ſed forte piangent.
Baldus ei paret, sfodroque recondidit enſem.

Maſelina.

Interea ventus cœpit ſofiare galantus
Stat mare quacchiatum levibus tremolantibus undis
Diſcoſtant gravidam curvo de littore navem.
Paulatim quæ ſe mare diluntanat in altum. *Plentur pro implentur.*
Vela reſolvuntur, zephiroque tumentia plentur,
Deque maris golfo jam littora nulla videntur.
Denique cantantes longum rapuere viagium.

Aſtutia Cingaris.

Fraudifer ergo loquit paſtorem Cingar ad unum,
Vis compagne mihi caſtronem vendere graſſum?
Sum contentus ego, vendam, pegorarius inquit,
Da mihi quinque tronos ſi vis, aut quattuor ad plus, *Ad plus, ad mancum.*
Abſque ſothiezza mercati Cingar eidem
Sborſavit numos tolto caſtrone doloſos,

Digitized by Google

Sub terra quoniam falſos impreſſerat illos,
Hic Mercadantes optant rei cernere finem,
Expectat Baldus fraudem, ridetque Lonardus,

Ghiſellus. fraudulentus, & Barrus.

Nam bene ſquadrabat quod erat malus ille ghiſellus.
Cingar per binas caſtronem brancat orecchias,
Quod butat in medio cernentibus æquora cunctis
Illico (nam mos eſt ovium ſeguitare priorem)
Omnis grex ſequitur, præcepſque nodare caminat
Poſtque caporalem certatim mandra ruinat,
Immo gaudenti cantabant carmine be be.
Non fuit una quidem quæ non ſcampaſſet in undas.

Ciſilare melius quam ſibilare, vel ſubiare.

Totum lanigeris impletur piſcibus Æquor.
Se sforzant illas cihiando tenere teſini.
Aſt ad bellaſum poſſunt ciſilare gazani.
Jam totæ paſcunt aliud quam gramen & herbam.

Diſcomparatio.

Tempore diluvii ſuper alta cacumina piſces
Errabant nemorum, diſcurrebantque per ulmos,
Sed modo lanoſum beſtiamen paſcolat undas.

Proverbium Barricocola.

Et lanam bagnaſſe ſuam jam dicere poſſunt.

Fictio poetica.

Neptunus magnum poſſedit alhora botinum,
Qui maraviabat pegoras deſcendere tantas,
Cum quibus & nimphis propriiſque baronibus unam
Egregiam Cœnam, nec non duo prandia fecit.
Omnia mangiarunt, adeo quod Gatta dolebat
Namque polita nimis ſub menſis oſſa cadebant,

Comina.

Iutare, pro aitare.

De riſu Baldus ſchioppat, crepp atque Lonardus,
Ac mercatores omnes ſtrepitoſe cachinnant.

Clamitat o o, velut ſi quis nolendo dat aliquam zuccadam, protinus, o. o. pronuntiat ſuccinte.

Cingar nil ridet, ſed velle iutare videtur,
Atque trabuccanti pecudi ſuccurrere fingit,
Sed magis in fluctus buttans quoque clamitat, o,o
Ad parteſanas chiappum dant præſto teſini,
Providus at Cingar zanettam corripit unam
Inde vocat Baldum monſtrat zuffamque teſinis.
Quid, loquitur, multis mecum bravare Vilani?
Quo veſtram cauſam deffendere jure poteſtis?
Eſt nunquid talis veſtris uſanza paeſis?
Nonne meam poſſum, ſicut volo, ſpendere robbam?
Caſtronus meus eſt, modo quem mea taſca pagavit.
Deque meis rebus facio quod voia comandat

Gentilhombres ſpagnolice.

Hi gentilhombres ibi quos aſtare videtis,
Iuſto jure ſuum poſſunt narrare parerum,

Si mihi tortus erit veſtrum ſperate doverum.
Si vobis, jubeo ruginentas ponite dagas,
Nos altramentum quid ſit ſoldaica proles
Vobis monſtrandum eſt factis & abſque parolis,
Eſt ſacrificium ſanctum ammazzare vilanos,
Stat male gentili ſub corde ſuperbia certe,
Peſſima ſed res eſt vos rozzos eſſe ſuperbos.
Nec toto in mundo reperitur abuſio major.
Quam ſi vilana quiſquam de ſtirpe ſuperbit.
Has villanias non ſofrivere teſini,
Cingaris ad panzam trat quidam concite dardum.
Quem ſimilis daino Cingar ſaltando ſchivavit.
Illico ſurrexit Baldus cignatque Lonardo,
Amboque brazzatis ſcutis, brandiſque cavatis
Impetuoſe rudes aſſaltavere bricones.
Qui male penſantes aliquos hos eſſe gazanos,
Cum parteſanis rubeis bravezare comenzant,
Sed Baldus ſubito miſeros de pane cavavit,
Figere ſdegnatur cum taio vulnera brandi,
Sanguine vult ſpadam nec ſpegazzare vilano.
Sed piatonadas illis tantummodo tirat,
Quæ nimis horrendæ teſtas & brachia ſpiccant
Poſtque ſuas pegoras vadunt finaliter omnes.

Dagas genus ſpadæ quam pegorari portare ſolent.

Notandum.

Carmen ſcabroſum.

Rubeis vel ſanguine ranarum vel rubeis pro ruginentis.

De pane cavare, eſt proverbium uſitatum pro eripere vitam alicui.

Fictio poetica.

Finierat Baldus nec dum ammazzare teſinos,
Æolus auſtrorum magnus Rex atque magiſter,
Sceptra pians vaſtam montagnæ ſcandidit alpem
Hic girans oculos ſpatioſa per æquora circum,
Nullam proſpexit navem nullamque galeam,
Ergo ſuos recreare nothos ſibi voia venivit.

Venivit naturaliter, ſed venit ſincopaliter.

Deſcriptio ventorum.

Concavus hic mons eſt qui culmine toccat olympum,
Fundamenta tenens maris inſiccata ſub undis.
Groſſibus eſt aſper de ſaxis atque pedrazzis,
Non illic frondent ſilvæ, non herba vireſcit,
Montis & ad cimmam ſtat porta chiavata frequenter,
Quæ ferri tota eſt, Vulcani facta boteghis
Claudit & horrendum ſcabris ſub cautibus antrum
In quo ſunt Venti ſub portis mille chiavati
Atque cadhenati . ario boſſamine ſtrident,
Attenti ſemper ſi porta recluditur illis,
Mille annos una hora ſibi eſt ſaltare deforas,
Atque procelloſo pelagum vexare travaio.

Comparatio.

Canis bracchus & canis lepre-rus qui ſint opti-me dextri ſcrip-ſit Turpilius.

Qualis cazzator bracchos, volucresque lepreros,
In preſone tenet, mangiandi datque nientum,
Pſus bene quo valeant morſu boccare famato
Salvadicinas, leviusque netare caminum,
Sic & in obſcuro ventos rex Aeolus antro
Chiavat, ut optantes groppis exire ſolutis,
Atque videre diem, crudelius æquora verſent.
O miſer illa Ratis, ſed plus miſer ille nochierus
Quem improviſa rapit ventorum ſquadra boantum

Acoiat, corripit.

Vel quem cum ſociis ferus ille Siroccus acolat.
O, quantum præſtat ſit praticus ille patronus
Qui pugnat tantam ventorum contra lovagnam.

Pedrala.

Aeolus ergo videns mare navibus eſſe vodotum
(Nondum quæ guidat Baldum arrivaverat illuc)
Præſto cadhenazzos tirat extra foramina groſſos
Ferratasque aperit valvas, intratque dedrentum,
Qua propter venti rident, feſtamque comenzant.
Vixque tenent illos ferracea vincla frementes.

Smaniam inſaniam & furorem.

Increpat illorum ſmaniam multumque minazzat
Æolus, & ſceptro repetentes ſæpe flagellat,
Qui vellent extra ruptis horrire cadhenis,
Et neptuniacam cito ſtravaiare quietem,
Eſt ibi Siroccus vento crudelior omni,
Eſt ibi Garbinus, Grecus, Levanticus, Oſter,

Borra filius baſtardus Tramontanæ.

Eſt Tramuntanæ Baſtardus Borra fiolus,
Eſt Viſcinellus, Libechius, deinde Maeſtrus.

De Libecchio.

Libecchius ſpumam rabioſo fundit ab ore

Proverbium, quum quis oculos rubeos habet propter iram.

Fodratoſque oculos portat de carne ſalata.
Nunquam ſuflaret niſi centum mille diablos
Afferret ſecum, quibus aſtra fretumque volutet
Ex Aphrica genuit Garbinum conjuge natum,
Libecchios pater eſt, Garbinus filius, uxor
Aphrica, qua propter Libecchius grece vocatur
Aphricus, & Lugurum tantummodo praticat æquor.

Libecchius grece Aphricus.
Marellus parvum mare.

Et ſdegnatur aquas Veneti ſofiare marelli,
Ad quem Garbinum mittit ſolummodo natum.

De Garbino.

Garbinus quando pelagum fantaſticus urtat,
Si non contraſtum ſociorum ſentit habere,
Semper maturo ſpatiatur in æquora paſſu.
Sors ſua cum Græco data ſit gioſtrare Levanto,

Fert

Fert hædi barbam de ſtizza & ſanguine plenam
Deque ſuo rabido fluit ore cagnacea bava.

De Tramuntana.

Tramuntana colit gelidos ventiſſa paeſos,
Quæ borram genuit prægnans Aquilonis abuſu.
Hanc vocitant boream de nati nomine Greci.
Ipſa gelans nimium cogit portare pelizzas,
Per quam caſtronis pegoris quoque Lana toſatur,
Ut nos pelle ſua poſſimus vadere freddum.
Tota bianchezat gelidis ſua teſta pruinis
Deque ſuis pendent horrentia ſtiria trezzis.
Ipſa diaboli cum generavit peſſime Borram.

Dicimus ventum & ventiſſam, ſicut abbatem & abbatiſſam, Papam & Papiſſam. Abuſu, adulterio.

De Borra.

Quidnam ſcribendum de te fantaſtice Borra?
Quando repugnaris vel contraſtaris ab Oſtro,
O miſeram Barcam quæ tunc in gurgite vogat!
Non durant remi, non arbor, vela, Timonus,
Omnia sfracaſſas, rumpis, ſpezzaſque rapiſque
Te barcaroli formidant, æquora ſolus
Conturbas, agitaſque undas ad nubila ruptas.
Fert appena tuam ſpagnola galea ruinam,
Quam veluti ballam sbalzare per æquora cogis,
Ne bravare velit Navis zenoeſſa quod ampla,
Quod major reliquis, quod ubique garbaſa tendat,
Quando Borra furis curas hanc quippe negottam.

De Oſtro.

Contraſtum Borræ morbatus dicitur Oſter,
Quem Greci clamant Auſtrum, nothus eſt pater ipſi,
De quo nunc dicam Sirocchi nomen habente.
Oſter habet ſecum mala quanta catantur in orbe
Anteque quam ſuflat ſtigias ſe portat ad umbras,
Cerbereaſque prius ſe meſcolat intra ganaſſas,
Atque venenatis ſua fœdat pectora bavis,
Inde tenebroſa revolutus nube Baratri,
Tres ſerpentinas trangiottit in ore ſorellas,
Nec tantum pelago, ſed Romæ dat mala paſcam
Maxime quando tuas ô Roma ſuperba latrinas
Perflat, & intenerat cagatores mille per urbem.
Palleſcunt homines, ſcuro tinguntur averno,
Incurrunt nullo tutos medicamine morbos,
His equidem tantum nocuit peſtem ferus oſter,
Morbida vaccarum quod facta eſt mandria Roma,
Quæ Tiberim ſiccant, Urbemque putredine turpant
Illic cancreſcunt gentes, Francæque Barones

Oſter nocens Romæ.

Deventant, plus Roma parit quam Francia gallos.

De Sirocche.

Sirocchus pater eſt Auſtri, quem diximus Oſtrum,
Qui contra placidum certat ſpirando maeſtrum
Quique gignit quaſdam ballottas ſive granellos,
Quæ componuntur per nubes, grando vocatæ.
Iſtæc tempeſtas non caſcat tempore freddi,
Sed tantum quando Terram nimis urit Apollo.
Humida materies cum calda iungitur, atque
Ingarboiatur, donec ſolidatio quædam
Concipitur ſimul in duris voltata balottis.
Poltronos facit hæc ſe deſperare vilanos,
Quas uno fruges acquiſtat ſudor in anno,
Tempeſtas una raptim deſertat in hora,
Vignas fracaſſat teneras, molleſque racemos,
Frangit ariſtarum ſpicas, rumpitque canellos,
Audis gaioffos tali pro ſorte vilanos
Blaſphemare Deum, cœloque oſtendere ficas.
Sirocchi mos eſt boſſare culamine tantum,
O quales mollat per nubila quippe corezas,
Quæ nos penſamus ſint magna tonitrua cœli,
Credite daverum non eſſe tonitrua cœli,
Aſt appontando pettos Sirrocchus alenat.
Spongoſas alas portat, gravidaſque piozas,
Hoc Venetas ſpirante vides plorare muraias,
Deſcazzare poteſt humorem ſola nocivum
Malvaſia tamen nihil eſt adaquanda bibenti
Eſt quoniam facinus dulcem jugulare falernum.

De grandine philoſophicus paſſus.

Ingarboiatur, valde miſcetur.

Fica tribus digitis pro contemptu antiqui fingebant vide Plutarchum.

Opinio Merlini de tonitruis.

Pettus eſt ventoſitas tundior coreza, teſtatur Averroës.

Notandum, *

De Maeſtro.

At pius incedit matura fronte Maeſtrus,
Reſtaurat perſos Nautas, ſpezzata reformat,
Atque favorezzat grato ſpiramine poppæ.
Hoc afflante cadunt triſtes de pectore curæ,
Ammiſſi redeunt animi fugiuntque timores,
Confortat, relevat, ſuccurrit, reddit allegros.
Quem zeffirum gens greca vocat, quo florida prata
Quo veniunt ſilvæ viridæ, quo tempus amœnum eſt
Si vult Sirocchum quandoque domare ſuperbum
Favonium mandat bizarum, fronte minacem.
Eſt germanus ei, magno contrarius Euro,
Ipſe manus habet atque pedes Iovis inſtar oſelli,
Gens quando ſoſiat caveat male pratica ponti,
Namque ſuis ſpeſis quæ ſit ſua forza provabit.

Oſellus jovis eſt Aquila.

Eurus qui & Levantus.

De

De Levanto.

Surgit ab aurora ſuus hoſtis, dicitur Eurus,
Quem melius clamat vulgaris lingua Levantum
Mitigat ardentes cum tranſit Apollo faſellas,
Turbatum ſociis tranquillat ſæpe profundum,
Tunc navaroles multum ſua flamina laudant,
Seu feriat puppim, ſeu Barcam guidet ad orzam
Forte tamen ventis ſi contraſtatur ab altris,
In coleram ſaltat, pelagumque ſoſopra revoltat.

Orza, eſt corda quam ventus ad propoſitum tiratur.

De Viſcinello.

Eſt quoque venticulus quidam, parvuſque nothinus,
Quem Viſcinellum Nautæ dixere vetuſti.
Jugiter is quando pelagum fortuna rebalzat,
Se ficat in fluctus, & circum circa regirat,
Qua propter gignitur vortex, vel mota vocatur.

Pedrala.

At ſi ventorum tot nomina ſcribere vellem,
Lectori facerem pro longis tædia verbis.
Ergo ſchadenatis illis rex Æolus uno
Se cantone tirat ne forte volaret & ipſe,
Namque ſuum dominum per nubila forte tuliſſent.

Signa Tempeſtatis.

Nox obſcura ſuas paſſim diffuderat umbras.
Aſtraque paulatim fumentabantur ab uno
Nimbiculo, faciunt aliquando vela foiadas.
Vidit & aſcortus jam plurima ſigna patronus,
Ex quibus agnovit quod magna procella minazzat.
Me miſerum clamat quam nunc ſcaldabat Apollo,
Atque ſub obſcuros nimbones lumina tinxit.
Pallida nunc luna eſt nunc ignea tota videtur,
Cernite Delphinos qui ſaltant deſuper undas,
Audivere maris ſub fundamenta moveri.
Curavi nihil in portu quum tutè morabar,
Cernere ſtridentes gavinellos ire per undas,
Scandebatque altum girans Aeronus olympum.

Proverbium ſcharamellæ, quando incertus & inſtabilis ventus gonfiat velum.

Tinxit pro extinxit,

Gavinelli ſunt aves quæ piſcibus veſcuntur.

Togna.

Sic ait & ſubito ſe contraſtare parecchiat.
Quid facit? appocchum ſua vela magiſter abaſſat
Denudat brazzos piantans ſe retro timoni.
Plurima ſollicitis famulis gridando comandat,
Cui parent omnes facientes mille facendas.
Hic mollat cordam, tirat ipſe, revinculat alter,
Et centum raucas audis cantare cirellas,
Et centum voces, hominum faciuntque jubentque.

Digitized by Google

Quos manibus prehendens in collum ſtricte negabat.
Miſerat & plures Leonardus in æquora mortos,
Qui porgens haſtam clamabat, Cingar adeſto,
Teque huic haſtæ brancans exibis ab unda,
Tunc Cingar nando remeat, ſe chiappat ad haſtam
Quem Leonardus aquas pilians tirat extra marinas
Patronus barchæ laxaverat ante timonem,
Ut precibus poſſet Baldi lenire furorem,
Ipſius ante pedes tremulo ſe corde ſtravaccat,
Atque petit veniam, quia ſæva procella minazzat,
Et dubitat quod gens, robbæ naviſque peribit.
Quo ſermone pius ceſſavit currere Baldus.
Incuſatque ſuos mortem meruiſſe fameios.
Tunc forbet ſpadam rubro pro ſanguine rubram
Inque locum poſuit, comitemque iutare cucurrit,
Quem reperit pagnos ſub lunæ luce ſugantem
Et Leonardus eum multo sbeffamine ſoiat. *Figura Galantaria.*

Concluſio.

Sed quia murmur adeſt ponti, rabieſque Sirocchi, *Soiat, truffat.*
Pallida Togna fugit, ſine qua nil dicere poſſum.

Explicit Phantaſia Undecima Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII Argumentum in Phantaſia Macaronicen XII.

Maxima ventorum contraſtamenta fremiſcunt
Tempeſtas pelagi multa roverſat aquas.
Neptunus ſua qui caſamenta revolvere ventos
Senſerat, iratus cedere fecit eos,
Quos in Vulcani trapolatus rete latentis,
Baſtonare fecit Iuppiter ante Deos.
Æolus imperium ventorum perdit, & iſtud
Poſſidet ambitio ſola volente Deo.
Baldi navis adit ſcopulum, quo Fada Fedrigo
Gonzagæ Manto ricca ſepulchra locat.

MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE DUODECIMA.

Ecce repentino mea verſu Togna comenzat.
Namque repentinus ventorum ſtolus arivat.
Borra prior, contraque furit peſtem ferus Oſter.
En Libecchius adeſt ſilvas, caſamenta ſtravaccat
Spolverizando volat, ſtipulas ad ſidera portat.
Solus & in Zennæ placidum quatit æquora portum.
Sed rebruſcatur valido ſofiamine Greghi,
Tergore qui montes sburlando vadit aquarum.
Non habet oppoſitum Sirroccus albora Maeſtrum,
Contra Favonium ſtringas culamine mollat,

Zennam pro zenna, zenoveſi dicunt.

Grecus & greghus.

Pro

Pro quibus aſtra tonant, tremit orbis, nutat olympus
Peſtifer Oſter aquas implet Cælumque tenebris,
Iam mare turbatum montagnas concipit altas
Caſtronesque freti paſcuntur ubique bianchi.
Iam gridor ætherias hominum quatiebat abiſſos,
Sentiturque ingens cordarum ſtridor, & omnis
Pontus habet pavidos vultus mortisque colores,
Non plus bianca diem ſparpagnat luna per orbem,
Nubila terra volant ventis agitata nefandis.
Fulgure flammigero tantum lampezat olympus,
Poſt quem fulgorem pettos Sirroccus alentat,
Inde procelloſas agitat sborratque piogias.
Ver erat hinc vomitat concretas flamine ballas,
Vela forata micant crebris lacerata balottis.
Tramuntana ſuos crines, gelidoſque capillos
Explicat & ſtabulis ſeptem diſceſſa bovorum
Occultat ſtellam pro qua Calamita regirat.
Schiavones nequeunt deponere vela tremantes
Maxima ventorum quia vis, pluviæque repugnant,
Nunc ferus Oſter habet palmam nunc Borra ſuperchiat
Irrugit pelagus, tangit quoque fluctibus aſtra,
Horrendam mortem Nautis ea cuncta minazzant
Qui ſine ſperanza voces ad nubila mittunt,
Atque ſimul feriunt laceris, heu, pectora pugnis.

Clio.

Stant mercatores taciti, mortemque paveſcunt,
Præteritos coguntur enim deflere labores,
Heu cui divitias, ajunt, cumulavimus iſtas?
Heu quibus in rebus noſtros neglevimus annos?
Duximus hanc fruſtra per tanta pericula vitam,
Mercibus his noſtris multo aſpiravimus auro.
Mercibus his noſtris ita nunc demergimur undis
Heu cur non potius Monachi vel norma ſeveri,
Vel mage Eremitæ placuit ſacra cellula nobis
Quam rabioſa fames auri? quam ſenſus habendi?

Oratio.

O Deus, ô cœli factor, noſtrique Redemptor,
Ne memora fraudes, quas egimus, ecce precantes
Lugemus commiſſa, fuit non æqua, fatemur,
Mens tibi noſtra, ſumus fragiles, lapſuque frequenti
Decidimus, tetrum quo ſæpe meruimus Orcum,
Tu ſpeciale tamen ſalvantis nomen Ieſu
Semper habens, pietaſque premit tua crimina noſtra.

Deſperatio.

Perdimus heu miſeri nil proficientia verba,
Quæ nequeunt diſperſa nothis contingere cælum
Iugiter ira Iovis magis ac magis horrida creſcit
Iuſta ſui tangunt noſtri nec pectora fletus.

Notandum. *

Fallitur extremam qui ſe conducit ad horam,
Sperans deleri modico ſua crimina luctu.
Non amor hunc tangit, baratri ſed maximus horror
Cernite qui montes undarum nubila vexant,
Cernite quæ piceos involvunt flamina nimbos.

Berta.

Notandum. *

Dum ſic plorantes miſeranda voce ſtopinant,
Coguntur proprias de Navi trare richezzas,
Plus quia vita placet quam centum mille teſori.

Vigor Baldi.

Temmam timorem.

Nullam Baldus habet tantum ſub pectore temmam,
Currit ad hortandum nautam formidine prægnum
Cui dat ſuffragium, torquet, preſſatque timonem,
Sollicitat famulos barchæ, facit hic, jubet illic,
Nuncve tirat cordas, nunc mollat, praticus extat

Fortuna.

Nochierus, quem non facit ars, ſed nimpha biformis
Iugiter in trepida ſolatur voce timentes.
Ob nimiam cælum pluviam sfondrare videtur,

Mira Baldi humanitas.

Nil tamen in teſta ſeu brettam ſive capellum
Baldus habet, dicens illam montare nientum,
Dummodo ſcampentur reliqui, vult ipſe negari,
Ponite clamabat patronus, ponite velum

Scarpabitur, frangetur.

Nam pluvia caricata nimis ſcarpabitur arbor
Aſt intricatas nequeunt diſſolvere cordas,
Immo cadens forza ventorum quiſque trabuccat

Alebarda eſt genus teli quam Plinius piſtorolam vocat. Cordazza per accreſcimentum; cordicula per diminutionem, Viſtare pro viſitare. Loreti dixit macaronice. Sgallinare, gallinis privare, ſic

Preſtus alebardam ſolerter Baldus achiappat,
Cordazzaſque novem tractu mozzavit in uno,
Velaque ſcarpatis caſcarunt prona cirellis.
Cingar ſolettus cantone jacebat in uno,
Qui metuendo mori cagarolam triſtis habebat.
Gallitiæ vovit ſanctum viſtare Iacobum,
Cui faciet binas per Pretum dicere Miſſas.
Vult quoque Loreti ſanctam viſtare Mariam,
Candelaſque duas vult illi ferre biancas.
Omnibus, o quales ſanctis facit iſte pregheras,
Seque met incuſat plures robaſſe botegas.
Sgardinaſſe domos, & ſgallinaſſe polaros.
At ſi de tantis ſcampabit forte periclis
Omnia reſtituet, poveros aut induet omnes,

Mox

Mox eremo ſanctam menabit denique vitam.
Pœnitet & lingua factuque fuiſſe moleſtus
Religioſorum normis, variiſque ſtatutis,
Et quod pejus erat fratres ſpoliaſſe, vel aras.

Comina.

Talia dum Cingar trepido ſub pectore voltat,
En rupta ſublimis aquæ montagna ruinat
Quæ totam ſuperando ratem denetto travarcat,
Et mercadantes convolvit in Æquora plures.
Baldus firma ſtetit veluti vecchiſſima quercus
Cingar ſe manibus lignum attaccavit ad unum,
Se tunc ſpazzatum penſaverat eſſe debottum.
Jam tundus medium noctis voltaverat orbis
Sævit acerba magis rapidas fortuna per undas,
Perdiderat ſcrimmam tremulentus nauta timonis,
Ulterius neſcit qua drizzet parte caminum,
Ad quas ducatur bandas, ad quosve paeſos,
Continuo grandis ventorum forza repugnat,
Nunc sbalzata Ratis ſummum toccabat olympum,
Nunc ſubit infernam undas sbadacchiante paludem.

Fictio poetica.

Stabat Neptunus ſolio tumefactus in alto,
Qui viridi crines ſquamatus cinxerat alga,
Huic maris in fundo ſtant urbes, caſtra, palazzi
Atque ſuis divis ibi chors bandita tenetur.
En Cimottus adeſt, Delphini terga cavalcat,
Quem pavido vultu ſperonat more cavalli,
Quiſque facit largum, neſcit quid dicere voiat,
Illico Delphini curvo de tergore ſaltat,
Inde cavans brettam contextam cortice Cappæ,
Ante pedes regis Neptuni crura pigavit,
Quonam proclamat, rex tanta ſuperbia venit?
Quæ quoque ſub triſti præſumptio corpore bravat?
Ergo Iovis frater cum ſis, vaſtique profundi
Rector & imperium ſuper omnia flumina portæ
Quod tua guaſtentur pateris caſamenta per unum
Furfantem indignumque tibi ſlazzare mudandas?
Aeolus eſt iſte, qui neſcio qualia ſaxa
Sub tenet arbitrio, rupes ab Apolline coctas,
Caſtigatque rudes ventos de more pedanti.
Quem quoque Iunonis Roſianum credimus eſſe,
Ardimentum habuit ſine veſtro quippe ſapero
Speluncas montis vaſtas aperire buſati,
Atque ſcadenatis ventis, boghiſque ſlegatis

Columella, per eminentia ſcantur poilaria ne vulpæ ſgalliuentur.

Eremus macaronice breviat mediam, latine producat.

Denetto adverbium eſt, latine affatim.

Firma pro firmiter.

Sbadacchiante, fatiſcente.

Cimottus, aliter Gimothoe, Deus marinus.

Cappa eſt genus coclea marina, quam caldei vocant oacternifonta.

Pedantum differre a pedagogo Platina negat contra Diomedem.

Bogha genus la-

Omnes

quei ferrei quo pedes incatenantur.

Omnes de ſpecu volta dimiſit in una,
Tanta roverſarunt undarum culmina ponto,
Ac modo non ceſſant tot in æthera mittere fluctus,
Quod Superi metuere diu, metuuntque negari,
Mancavitque pocum quin trabuccaret ab arce
Iuppiter æteria, credens hos nempe gigantes,
Qui ſibi terribilem quondam fecere ſcagaitam.
En quoque nunc noſtras ingombravere maſones,
Atque ruinarunt, & tutta via ruinant

Tutta via adverbium perſeverantis.

Attria noſtra, caſas, Nimphas, me, teque ſpaventant
Et tempeſtati niſi tu provideris iſti,
O Rex magne tuis fortaſſe negabimur undis.

Goſa.

Intumuit Neptunus eos ſentendo tumultus.
Terque tridentino concuſſit littora ferro.
Trombettam ſubito mandat Tritona vocari,

Triton Neptuni trombetta.

Quem facit æolios & ſcoios ire defattum,
Ad quos inveniat Regem qui flamina ſtreggiat.

Flamina ſtreggiat ac ſi eſſet gubernator ſtallæ.

Iuppiter officium dederat cui tale Regazzo,
Huic de parte ſua convitia talia dicat,
Qualia conveniunt poltronibus atque dapochis.
Triton id adſcoltans celer inde recedit, & unam
Inſtar equi Phocam ſcandit, ſpronatque fiancos
Piſcis & accepto cornu de dente Balenæ
Carpit iter pelagique ſecans extrema ſtafezat.
Ut ſuperas adjungit aquas danzare comenzat,
Namque procelloſis hinc inde getatur ab undis.
Perveniens ſiccis ubi terminat æquor arenis,
Aeolus ecce venit, rupem qui liquerat altam,
Undarumque godit ludentum cernere danzam,

Danzam ventorum & fluctuum procellam intellige.

Laudabat forzam gregi, rabiemque Sirocchi,
Ambaſſariam tunc fecit Triton acerbus
Convicis, qua re trepidat rex parvulus altum
Regem cui pontus cui flumina ſtagnaque ſubſunt
Nil dubita, dixit, dubita nil ſplendide Triton,
Nunc nunc in proprios tumulos volo chiudere ventos
I, celer, atque ſona bis terque per æquora cornu,
Altera fratantum per me proviſio fiet.
Dixerat & montis culmen repetivit aguzzum

Maeſtrum.

Ingrediens antrum, cito ventum diſtigat illum,
Quem dicunt (veluti dixi de ſopra) maeſtrum,
Ut reliquos valeat de ponto ſtollere ventos,
Et motos dulci fluctus lenire bonazza.

Ma-

Maſelina.

Juppiter extrema pro tempeſtate gridabat, *Sine vento fulmen jactari non poteſt.*
Et ſcorozzatus vult fulmine ſternere ventos,
Non jactare tamen ſine ventis fulmina poſſet. *Schegnire antiqui dicebant pro neceſſe eſſe.*
Sed niſi præſidium meretrix tunc Juno dediſſet,
Æolus omnino ſchegniſſet perdere teſtam,
Attamen imperium ventorum Juppiter illi
Suſtulit, & cœli miſerum privavit honore,

Parentheſis.

Credite mortales, non ventos Æolus arcet
Amplius arbitrio, nec ſolvit & inde cathenat,
Verum conſilio divum, monituque ſenatus.
Traditur imperium ventorum preſtiter illis
Quos ſtigat ambitio, quos alta ſuperbia vexat.
Vult nihil ambitio vacuos niſi paſcere ventos,
Ambitioſus alit colubrem ſub pectore dirum.
Ambitioſus habet ſuſpectum mortis ubique.
Ambitioſus adeſt ubicunque parantur honores.
Ambitioſus abeſt ubicunque ſtat unica virtus.
Ambitioſus agit pro ſe, nil propter amicos.
Ambitioſus amat ſua tantum, cætera temnit.
Ambitioſus arat dum maxima tendit arenam.
Ambitioſus edens faſtidia, digerit angues.
Ambitioſus emit ſed vitam perdit honores.
Ambitioſus eget ſi voto, ſemet adurit,
Ambitioſus habet ſi votum, ſemet adorat.
Ambitioſus ineſt livoris ſemper avernum.
Ambitioſus obeſt famæ decorique bonorum.
Ambitioſus agros vicini jugiter ambit.
Ambitioſus inops fidei, comitumque deûmque
Ambitioſus opus quod ſanctum ſancta vetuſtas
Inſtituit, legem faciens tironibus aptam,
Divellit morſus mordet, livore, venenat.
Ambitioſus erit ſi quando rector habenæ
Plebis ſubjectæ normas extorquet avitas,
Neſcio quas leges nullo ſtruit ordine vanas,
Et quas non ſibi, ſed populo tantummodo librat.
Ambitioſus idem eſt quod ſtultum, quod rude, falſum *Omnium malorum particeps ambitioſus.*
Futile, deſpectum, delirans, turpe, malignum,
Illepidum, demens, inſulſum, molle, ferinum,
Ridiculum, mendax, timidum, mutabile, vecors,
Incertumque ſui, fatuum, leve, fertile nugis, *Prorumpit in Macaronicen.*
Moribus effœtum, dirum, crudele, doloſum,
Sed quid ego rumpo cercando vocabula teſtam?

Beſtia baſti, biſchiciticon carmen.

Ambitioſus homo, nec homo ſed beſtia baſti eſt.
Poltronus, ſguatarus, manigoldus, ladro, vilanus
Villanus dico, quia nil niſi villa vilanos
Excacat ambitio ſibi quos legit atque moleſtat,
Ambitioſum hominem cernens dic eſſe vilanum.
Qui facilis tornat, poſt ſedis culmina zappæ.

Becca eſt, banda doctorum, quam ferunt in humeris.

Neſcio quos vidi gaioffos ire vilanos,
Qui quando beccam portant, vadumque togati,
Se reputant alios Cicerones atque Catones,
Ac ſi monſtrarent in veſtibus eſſe galantis.
Doctrinam, pulchraſque tument equitando mulettas
Diſpreſiant homines quibus eſt fortuna ſiniſtra,

Primaias Florentini dicunt primas, ſicut & denaium, notaium, raſoium.

Primaias optant ſedes dominique vocari,
Se gonflant, ſolique tenent andando caminum.
Si quis non illi bretam cavat, ille notatur.
Denique poſt tantos faſtus, tantoſque tumores,
Supra lombardum ſe firmant ecce quaiottum,
Unde ſuus finis tandem niſi merda vocatur.

Comparatio.

Muſca iſta videtur habere colorem canzanti.

Non aliter ſicut muſcam perſæpe notavi;
Quæ ſimiles auro fert alas, atque veluto. (nam
Quæ quoque quando volat dulcem movet ore camœ-
Nunc huc, nunc illuc volitans vaditque reditque,
Quam facere egregiam coſam tunc velle putamus
Forſan odoriferum ſe imponere ſupra fiorem.
Quo bibat inſtar apis ſeu mannam, ſive roſadam.

Quæſtio hic non parva coorta eſt an muſca ſit oſellus. Averroës diffinire non audet. Stronzus eſt illud quod ſi biaſſatur efficitur merda.

Quis non id penſet cum ſit tam pulcher oſellus?
Dulciſonamque canens frotolam Sirena videtur?
Verum poſt longos modulos, varioſque volatus,
Poſtque bravariam (videas quam turpis habetur
Exitus) en ſtronzum plantat ſe deſuper unum,
O bellam punctam, quam noſtra ſuperbia tentat!
Ambitio vanos paſcit mihi credite ventos;
Hi poſtquam fuerint nebulis flatuque pieni,
Ecce repentino fortunæ verbere crepant.
Dantque ſtramazzonem talem talemque culadam.
Quod nunquam ſurgunt in toto tempore vitæ,
Credunt inſani ſemper cumulare Triumphos,
Et quod habent perdunt, veluti maſtinus Eſopi.

Maſtinus canis ruſticus.

Comparatio.

Hic dum robbatam geſtabat in ore coradam,
Miravit propriam liquidis in fontibus umbram,
Ac umbram carnis majorem credidit eſſe

Bocco-

Bocconem qua propter aquas ſe jecit in illas,
Et carnem linquens umbram deceptus aboccat,
Nam bocconadam pro carne piavit aquarum:
Sic non contenti magna de parte ſuperbi,
Ad totum ſpirant, & partem denique perdunt.
Imperium donat ventorum Iuppiter iſtis,
Cum quibus hunc mundi pelagum, nautaſque mo-
(leſtant.

Comina.

Sed de propoſito video caſcare Cominam,
Parcite, non vini, coieræ ſed copia fecit.
Semper ero, ſemperque fui, non eſſe rafinam
Hipocritis, nec non contrarius ambitioſis,
Qui poſſint utinam medium ſibi rumpere collum.

Togna.

Per freta iam placidus girat confuſa Maeſtrus
Ex quo ventorum cito controverſia ceſſat.
Paulatim fluctus ſe ſe nihilare comenzant,
Incipit, & cornu Triton ſofiare ganaſſus.
Illico diffugiunt venti, nettantque paeſum,
Sed faber interea Vulcanus patre jubente,
Rete magiſteria vaſtum fabricaverat arte,
Quod circa pelagi fines abſcondit arena.
Ergo dum pavidi portant carneria venti,
Et baſtonatas Neptuni valde timeſcunt,
En infelices trapolam vilupantur in illam,
Ut vilupantur aves in viſchio ſupra bachettas.
Sbirrorum cœli præſens fuit illico ſtolus.
Mars bariſellus erat, cœtu ſeguitante præibat,
Mercurio tantum meſtrali cura dabatur,
Eſt nam qui vadit per mundum tollere pegnos,
Diſcordes menant ſtrictos in vincula fratres,
Atque cadhenatos ſtraſſinant ante tonantem,
Cernere meſchini nollent Jovis ora furentis,
Qua propter guizzant repetant, ut ſæpe videmus:

Nettare paeſum, eſt fugere.

Comparatio.

Cum largum prendit ſpatium piſcator aquarum
Retibus, & laqueo piſces intorniat amplo,
Inde ratem ſmontans, cordas ad littora longas
Contrahit, unde uno ſe ſaſſo retia ſtringunt.
Ac omnes piſces ad caudam retis adunant,
Et ſguazzant ſguizzant nolentes ante venire.
Ducuntur venti tandem, quibus ora ferantur
Inſtar vaccarum muſarolibus atque sbadacchis
Nam ſolo flatu Borræ, madidique Sirocchi,

Adunant, pro adunantur.

Muſaroles, ſunt ex ſtropis contexta quibus

era Bovum mangiare blavas inhibentur, unde Columella, ſtrof.

Numina de ſummo caſcaſſent omnia cœlo,
Hic baſtonari mandavit Iuppiter illos.
Et baſtonatos dimiſit ad antra diabli,
Qui centum ſolito reſerantur carcere groppis.

Bertas

Fugerat interea ponti fragor, atque tumultus,
Ecce procul ſcopulum reſpexit Baldus aguzzum
Non locus herboſus, ſed nudum marmor habetur.
Illuc, ſemirutam declinat nauta carinam,
Solis ut ad radium poſſint extendere gazas,
Ac miſeram chiodis barcam renovare foratam.
Cingar ſe prora ſaltans diſpiccat ab alta,
Tangere gaudet humum, paſſatas devovet undas,
Baldus eum ſequitur, ſimul & Leonardus arenam
Iam læti calcant, & alegra fronte reſultant.
Non per miraclum illic parvula naſcitur herba,
Cunctaque ſunt lapides ſtrinatæ ſolis ab igne,
Pendenteſque alto ſcopuli de vertice cautes,
In quibus albergant falco pelegrinus, & uncus
Accipiter, ſmeriollus, item, gavinellaque proles;
Cingar ubique ſuam, dum quærit, ſervat uſanzam
Donec ad obſcuri portam devenerat antri,
Non intrare audet, ſed apertam porgit orecchiam,
Si quemquam valeat ſtrepitum ſentire deintro.

Comparatio.

Quale per aurificum botegas murmur habetur,
Quum pars martellat, pars limat, pars colat aurum.
Immo quale ſonat per ſtradas quaſque Milani,
Tale per occultam ſentit reboare cavernam.
Annuit ut veniant, ſociis placet ire dedrentum,
Itur cæca domus fuligine tota nigreſcit,
Quo plus accedunt, plus martellatio tichtoch
Inſonat, & rigidi limatio crebra metalli.

Ars Alchimiæ.

Poſt centum paſſus quadram catavere piazzam,
Quælibet eſt trenta cubitos quadratio longa,
Porticus in circum ſaxo omni parte columnis

Comparatio. Filatoium, quo ſericum filatur.

Suſtentata rotat velut omnis ſphæra polorum,
Vel ſicut Modenæ filatoium ſive Bolognæ
Vidimus intornum ſetam volvendo rotare:
Quæque columna duplex eſt bronzo facta dorato
Aſt habet ex auro baſes, capitellaque ſchietto.

Baſis inferior pars columnæ. Capitella ſuperior.

Arcus argentum renitent, voltæque muſaicum,
Aurea circuitum clauſtri cornifia cingunt.
In medio plateæ ſuper octo celſa pilaſtros

Arca

Arca ſedet ſubter larga teſtudine plumbi,
Ipſa decem cubitos eſt longa, ſed alta triginta,
Pyramidis quoniam ſua cuſpis tenditur inſtar.
Toto laboratur miris ſculptoribus auro,
Per quod Carbo nitet, Topacius, atque Smaragdus,
Candidulæ Perlæ, Onichinus, Granata, Saphirus,
Pulcher Amethiſtus, Rubin, radianſque Berillus,
Quæ paſſim fulgent velut alta per æthera ſtellæ.
Quiſque pilaſter erat Criſtallo conditus albo,
Cujus in internam ſplendens carbonculus alvum
Tranſparet veluti candela ficata laternis.
Porfida non mancant, Alabaſtraque candida muris,
Nec Calcedonium nec vulſa Coralia ponto,
Hic prope ſentitur giratio magna rotarum,
Quas velut Orloium vaga contrapeſia guidant
Iſta pro cauſa circum fabricatio currit,
Ad formam naſpi cum fœmina filia revolgit.
Arca manet ſolum rutilis impoſta columnis,
Ac inter ſeptem ceu tellus pendula ſphæras
Eminet, & ſemper moles it ſphærica circum.
Conſtiterant dudum ſtupidi meditando Barones,
Omnia clara vident, nam ſplendiger eſt ibi luſor
Quæ precioſarum petrarum copia fundit.
Circum ipſi vadunt, quia circum fabrica vadit,
Sed cum perveniunt ad centrum quo ſedet Arca,
Stant firmi, tantumque vident girare theatrum,
Sed major ſenſus maravilia cœperat ipſis,
Namque vident etiam circum paſſare ſolarum,
Ireque dintornum velut omnis machina cœli.
Plurima quam ducit moles dentata rotarum.

Maſelina.

Non ibi comparet, nec vir nec parvula muſca.
Tantum ſentitur, generat quem fabrica rumor.
Ad martellorum ſonitum vult pergere Baldus
Marmoream cernens ſcalam quæ girat & ipſa,
Hanc ſalit incircum, facitur quia more limaghæ.

De Luna.

Poſt multos gradulos potuerunt cernere cuncti,
Quæ de materia bronzi ſit machina Lunæ,
Quæ crebris ſtantem giris intorniat arcam.
Hæc erat argentum, quod fixum ſulphur & album
Mercurio mixtum fecit bullente Bodega.
Hoc valet in propriam ſpeciem convertere ſtagnum
Mixtum non frangit, potius ſubtiliat aurum,

Corniſium, & cornix.

Limaghalis, ſcala à Vitruvio poſita.

Bodega, vas alchimiæ.

Cum quo ſpiſſatum non rumpit malleus illud.
Hic plenas atalach, & aceto mille burinas
Perfumare vident, quo fumo argentea blondam
Materies perdit ſpeciem, cœlique colorem
Veſtit, & in media candet Proſerpina ſpæra.

De Mercurio.

Poſt hæc aſcendunt ſcalæ quaranta ſcalinos,
Ac ibi Mercurii fabricam videre gelatam.
Alphatar inſtabilis flueret, poſſetque nientum,
Ni ſimul hoc mixtum Dragantum, ſalque Lyæi,
Altanor ad furnum longus ſtillaret aludel.
Voltatur ſinum ſervus fugitivus in aurum,
Si bene juncta ſuos cohibet medicina vapores
Ergo Mercurius de ſaldo circuit azoch.

De Venere.

Tertia materies æs eſt, Venerique dicatur,
Ramus enim facilis Phœbi Phœbæque receptat
Naturam, ſed non, Gebero teſtante, colorem.

De Sole.

Poſt Venerem ſcandunt ad ſpæram ſolis & auri,
Aurea nam tota eſt, nitidoque ſimillima Phœbo
Ipſius author enim poſt vanas mille fadigas
Poſt conſumatum nequicquam tempus, & annos,
Poſt Ganger, Mardach, Nitron, poſt Napſu vel albar
Poſt Gry, Bruneſich, Clymaſtroi, Danidos, Eſig,
Poſt Pu, Girapiron, Licodemon, Ilſil, Oriza,
Poſt Quaſappa, Reif, Saragin, centumque facendas
Quæ faſtidirent ſi vellem dicere totas,
Verbitrium lapidem retrovavit philoſophorum.

De lapide Philoſophorum.

Multicolor lapis eſt, Elementis quatuor extat
Conditus, æreus, terrenus, aquaticus, igneus.
Siccus in occulto, calidus quoque, ſed manifeſto,
Humidus & gelidus complexio querna ſit una.
Spiritus hic lapis eſt, qui tranſmutatur in unum
Nobile aduſtivum, pariterque volatile corpus,
Non fugit à flammis, liquidi fluit inſtar olivi.
Multiplicat, ſolidat, præſervat tempore dempto,
Defunctoſque valet vitali reddere luci.
Hic tribus in verbis conſiſtit, munus ab alto
Eſt Jove donatum ſapientibus atque beatis.
Ingravidat ſemet, de ſemet concipit, atque
Parturit, & ſibimet vivit, ſemetque trucidat,
Suſcitat hinc ſemet, nam ſic Deus ordinat illum.

Eſt

Atalach i.e. ſal.
Burina, vas vitreum.
Argentum album quomodo fiat cœleſtinum.
Scala & ſcalinus ut ſedes & ſedile.
Alphatar, argentum vivum,
Sal Lyæi tartarum.
Saldo, qui non poteſt fluere, nam congelatur.
azoch id eſt argentum vivum.
Æs & ramus idem eſt.
Geber, auctor alchimiæ præcipuus.
Nomina diverſorum convenientium in Alchimia.
Verbitrium, conſtans tribus ex verbis.
Igneus, biſſillabum eſt, ut Orpheus.

Eſt tinctura rubens lapis iſte, biancaque vivax,
Concipit ac aurum fumo ſi jungitur albo.

Non reperitur albus fumus niſi argent. vivum.

Nunquid Elitropia eſt? Adamas? calamitta, corallus?
Nunquid Epiſtrites, medo, Feripendamus, Onix?
Nunquid Jacintus, draconites, Bena, Lypercol?

Lapidum nomina.

Nunquid Amethiſtus, Celidonius, Iris, Echites?
Nunquid Alectorius, Saunus, terpiſtretes, Iſtmos
Nunquid Baratidem, Lazuli, Radianus, Orires?
Nunquid Nicomai? num quem zat ſpudat in oſtrum?
Abſit nam fluitat cum corpore factus, & abſque.

Zat arabice, Puſo latine, Roſpus caldaice.

Definitio lapidis Philoſophorum.

Eſt vi (num dicam tandem manifeſtius) eſt A,
Qua vita fruimur, qua verum naſcitur aurum.

De Marte.

Ad Martis veniunt ballam, quæ ferrea circum
Dum rotat inſtrepitat velut eſæ cardine poſtes.

Ballam pro ſphæra ponit ubique, quia rotunditatem utraque continet.

Hac ſine materia noſtros nihil eſſe labores
Judico, nam zapæ, vanghæ, Falx, ranza, Badilus,
Sunt ferrum quo flava Ceres quo Bacchus habetur.
Non opus artificum quorumlibet eſſe videtur,
Quod fieri duro ſine ferro poſſet ajutto,

Ranza eſt major falce.

Lignorum fabri texunt lettiria ferro.
Sartores pannum cum ferri forfice taiant.

Non ullam mechanicam artem poſſe fieri ſine ferro.

Dividit ars teneram paſtam fornarica ferro.
Taiat cum ferro ſtirps ſcarpolina zavattas.
Piſtat piſtillo ferri ſpeciarius herbas.
Cum gucchis ferri Brettas brettarus agucchiat.
Calcinat & ferro muros Murator, & albat.
Non aufert barbam barberius abſque raſoro.
Non herbolattus dentes cavat extra tenaia.
Non caſtrat Porcos ſine ferro conzalavezus.
Suffragium quoniam dat ferrum cuilibet arti.

Conzalavezi, quam niſi lombardice poſſunt intelligi.

De Jove.

His bene penſatis Jovis aſcendere biancam
Materiem ſtagni, quod corpora nigra dealbat,
Sed peccat buliens, nam corpus deterit omne.
Præter Saturnum & Solem, tum firmiter hæret
Et Soli & Lunæ nec ab illis quippe recedit.
Cujus peccatum (nec frangat copora) quiſquis
Tollere cognoſcet dempto ſit tempore fœlix.
In quo mirimodo ſibi nata Rubedo coruſcat.

Mirimodo, mirabiliter.

De Saturno.

Poſt formam ſtagni Saturni fluxile plumbum
Scanditur, aurifices hic invenere trecentos,

Illico pulchra, gravis, ſapiens matrona reſurgit,
Contraque Barrones facie veniebat alegra.
Baldus eam curvando genu corteſus honorat,
Mox veniam poſcit, nimium ſi forte protervi
Illius intraſſent aulam, Talamoſque ſecretos.
Non ego, reſpondet, tantum ſum digna Baronem
Cernere, quem Pontus, Tellus venerantur & Orcus,
Urbs mea quem genuit quamvis ingrata videtur.
Manto fabricatrix Mantuæ. Illa ego ſum Manto veſtram quæ condidit urbem,
Nomine deque meo contraxit Mantua nomen.
Nec quæſo, veſtros animos ſtupor occupet ullus,
Si nunc uſque meam potui deducere vitam,
Carpitur hic poëta de hæreſi. Fada eſt mulier incantatrix, & quæ diverſis in figuris dicitur converti. Nam datur æterno cum tempore vivere Fadis.
Hactenus ingemuit mea ſub Prætore gaioffo
Mantua, quo mores corteſos perderat omnes,
Quem Veroneneſi vos ammazzaſtis in agro.
At præclara, ferox, regalis, ſancta propago
Iam Gonzaga prope eſt aquilis digniſſima nigris
Quas natura nigras fecit, dedit atque ferendas
Imperii ſignis banderis atque theatris,
Pingere purpureas Aquilas bizzarica res eſt.
Naturales Aquilæ, & ficta. Hæc quam vidiſtis miro fabricata magiſtro
Stantia, Federico Gonzagæ ſola dicatur,
Poſt centum guerræ palmas, poſt mille trophæos,
Poſt vitæ laudes, poſt longos Neſtoris annos,
Illius huic magno donabimus oſſa theatro,
Ac inter giros ſphærarum nobile buſtum
Uſque ad iudicium fulva requieſcet in arca,
His ego divitiis præſum facioque magiſtros
Aurifices iſtos aurum intaiare catatum
Ex virtute trium verborum nomina quorum
Auribus admotis audite, quod illa docebo.
Ergo ſuſurranti parlavit murmure ſecum,
Quos docuit lapidem, ſtellarum tempora, cauſas
Alchimiæ, lætoſque omnes diſcedere fecit.

Concluſio.

Et mea me ſentis? clamat fanteſca, patrone.
Iam depone zoſum pennam, calamaria, cartam,
Cœna parecchiatur, frigeſcit calda maneſtra.
Compagni totam iam mangiavere ſalattam,
Iſte liber finit vobis, mihi cœna comenzat.

Explitit Phantaſia Duodecima Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII Argumentum in Phantaſiæ Macaronicen XIII.

Introeunt iterum Navim, tentantque profundum
Cingar compagnos aſtrologare docet.
Lunæ defectus ac incrementa rotantis,
Mercurii, Veneris, Solis & arva canit.

MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII
POETÆ MANTUANI
PHANTASIÆ.

MACARONICE TERTIADECIMA.

NAUTA reconzarat diverſa foramina Barchæ.
AD vomitumque redit, rurſumque ſtigare diablum.
Baldus ab aurificum ſociique, receſſerat antro,
Aſcendunt Navim, zefirus velamina complet,
Mantoæque magæ ſcoium poſt terga relinquunt.
Baldus Apollineos cernens uſcire cavallos
Extra Orizontem, quia nox jam fugerat omnis,
Talia miratus parlans cum Cingare dixit.
Cingar, me grandis nunc admiratio brancat.
Ecce vides ſolem plus largum, pluſque rotundum,
Quando

Indignabunde carmen prolatum.
Zefirus maeſtrus.
Uſcio, & Exeo.

Quando foras exit, quam cum tenet ardua cœli,
Præterea tantum rubeas fert ille maſellas,
In Tinam vini quod ſtrabuccaſſe videtur.
Cingar ait, magnas ô res mihi Balde richiedis
Quas nimis aſtrologi dudum ſchiarire ſadigant,
Nam ſuper humanos animos ea facta fuere.
Sed tamen inſignis quidam de ſemine græco,
Cujus (ſi memini) Piatonus nomen habetur.
Aſtrologusque alter Tolomellus, Jona Propheta,
Solon, Ariſtotel, Naxagor, Tala, Pytagor,
Talia ſcripſerunt magnos caricantia libros.
Quando Leonardus ſic audit nomine groſſo
Dicere philoſophos, Jonamque referre prophetam,
Tanto corripitur grigno tantoque cachinno,
Sæpe quod in terris ſtratus creppare videtur.
Baldus at uſanzam qui norat Cingaris, inquit,
Cingar, es Aſtrologus?
O ſi te noſſem tales ſtudiaſſe facendas,
Forte hac me doctum feciſſes arte magiſtrum
Ac nil curaſſem argumenta ſophiſtica Scotti, *Scottus ſophiſta.*
Cum quibus audacter ſe ponit contra Thomaſum *Thomas Aquinas.*
Qui fuit & Geſiæ murus, fideique pilaſter.

Incipit Aſtrologia Cingaris.

Nil ridens Cingar quadam gravitudine ſtabat,
Qui non Cingar erat, ſed Tullius & Catilina. *Tullius. Catilina.*
Ergo ait, ô quoties te quondam Balde gabavi,
O quantas voltas oſelatus Balde fuiſti,
Me de nocte quidem penſabas ire robatum,
Scardenare fores, aut rampegare feneſtras,
Sed cancar veniat mihi nunc ſi dico boſiam,
Pergebam ſtellas ad contemplare fogatas,
Signorumque gradus ſuper unam ſtando pioppam *Pioppa eſt arbor quæ latinè dicitur populus.*
Quo melius cælum poſſem guardare propinquum.

De Luna.

Cernebam Lunam maculoſa fronte biancam,
Diſtenebrare maris ſcopulos, terræque paeſos,
Cornibus adductis nunc paret ſcorza melonis,
Cornibus impletis nunc eſt pars mezza taeri,
Cornibus injunctis nunc fundamenta tinazzi,
Hæc in cervello prohibet conſiſtere multos,
Hæc facit antiquas madefacta dolere piagas,
Hanc metuunt, pazzi ſtulti, lunaticus inde
Dicitur ille ſuos qui caſcans torquet ocellos,
Quem tu jurares animam buttare deforam.

Vil-

Lignamine pro genere.
Caroles ſunt vermes rodentes lignum.

Villani, quamvis ſint de lignamine groſſi,
Hanc tamen obſervant quando eſt taiabilis arbor
Naſci namque ſolent in ligno ſæpe caroles.
Hanc ſervant medici, quando medicina malato
Danda ſit, hæc faceret quandoque cagare budellas.
Hac lucente ſtriæ gaudent, gaudentque ſtriones.
Se faciunt quoniam nudos ad lumina Lunæ.
Mox cum diverſis ungunt ſua membra cirottis
Inde ſuper gramolas, treſpos, & guindala, ſcragnas
Supra letteras nigra de nocte cavalcant.
Sed bene ſe poſſunt illæ ſignare daverum.

Inquiſitores intellige.
Hæc puera.

Quas Domenigini poterunt comprehendere fratres,
Immitrant illas populo cernente fatentes,
Quantos in cunis pueros, puerasque ſtriaſſent.
Hæc multis fecit me deſperare fiatis,
Eſt quia nocturnis nimium contraria ladris.

Gambar latinè Cancer gracè, Graim tentonicè.
Proverbium.

Zampigerus Gambar piliatur nocte per illam.
Quamvis conveniat cum Luna non bene cancer.
Nuntiat hæc pluvias vultu nigrefacta futuras
Nuntiat & nautis pavida cum fronte procellam,
Hac tenet extremum gelidi regnamen Olympi
Atque coruſcatur phœbeis nocte cavallis.

Pluto Proſerpinam rapuit.

Hanc tamen interdum Pluto ſtraſſinat ad Orcum
Nam pro puniceis fuit agabbata granellis,
De qua parlarunt diffuſius aſtrologantes.

De Mercurio.

Mercure pro Mercuri poſitum, ut Plinius docet.
Paſſus aſtrologiæ ſubtilis, vide etiam Scaramellam de planetis.
Bebeum vox ovina.
Caſalenghus, domeſticus.

Te patrone meus pochinas cerno fiatas.
Mercure qui doctor primarus in arte robandi es,
Namque times ne, dum per cœli rura caminas,
Te rapidis jungat furibundus Apollo cavallis.
Et sburlans faciat tibi forſan tumpere collum
Tu ſupralunarem arcem tua regna locaſti,
Per quæ ter centum pegoræ faciendo bebeum
Paſcuntur graſſique boves aſinique ragiantes,
Atque caſalenghi porci, gibbique camelli!
Nam tu per mundum vadis faciendo botinos,
Quos introducis cœli ſub tecta ſecundi.
Alatum portat ſemper tua teſta capellum.
Alatum portat ſemper tua gamba ſtivallum.
Fatidicam portat ſemper tua dextra bachettam
Ac imbaſſatas patris Jovis undique portas.
Tu mercantiam faciens vadiſque, rediſque,
Tu ventura canis, tibi multum muſica gradat,
Tu pacem ſi vis, furibunda in gente reponis,

Tu litem, ſi vis, compagna in gente miniſtras,
Tam bene dulciſonis tua cantat phiſtula metris
Quod male delectans ad ſomnum provocat artus.
Argus centoculus fuit olim mortuus hac re,
Sic patrone meus tibi me recomando ladrettum,
Ne triplicem ſupra forcam me lazzus acoiet.

De Venere.

Sed jam de Veneris cælo parlatio fiat.
Ipſam cernebam Solis ſeguitare pedattas.
Quando idem Phœbus Neptunia tecta ſubintrat.
O quantas voltas Vulcano cornua fecit.
Nam ſgarlatatus conſtat ſuus eſſe maritus.
Attamen ipſa fuit communi jugiter uxor.
Dum martellaret ferrum Vulcanus in antro,
Vel Jovis azzali ſtrales fabricaret acutas,
Mars occulte ſuo ſemper vangabat in horto.
Sed tamen in trapola Phœbo monſtrante capatus
Mars fuit, unde ſuum moverunt numina riſum.
Nam Venerem tortus facientem denique fuſos
Cum Mavorte ſuo Vulcanus rete prehendit.
O quantos etenim Vulcanos credimus eſſe.
O quantas Veneres, quæ Pallados inſtar habentur
Ipſa Venus terzo caſamentum fixit in orbe,
Per quem Nimpharum multis ſociata brigatis.
It nitidas relegendo roſas, violasque recentes,
Mentam, Garofolos, Mazuranam, Baſalicoium,
Texunt freſchadas, ghirlandas, ſerta, coronas,
Diverſaſque canunt canzones, metra, Sonettos,
Diverſosque ſonant chitarinos, atque leuttos,
Hic ſemper ballant ſaltant, danzantque puellæ.
Seque lavant freſchis in fontibus ac ſeriolis.
Venticuli tenues crebris ſub frondibus afflant.
Et ſtraccatarum nympharum pectora mulcent.
Hic Fagi, Pinus, Cedri, Pomaria, Neſpol,
Spernazzant umbras, ſub quas hæ ſæpe repoſſant,
Ad cazzam vadunt, arcus pharetramque ferentes,
Diſcazzant cervos, Lepores, agilesque caprettos.
Extra boſcaiam de Cedris, atque Narancis.
Non hic villani terram vangare fadigant.
Non hic villanæ ſtupam fillare videntur.
Non hic plantantur cepæ, non hic raphanelli.
Non hic porra nocent, non alia fortaque naſum.
Non hic urticæ, ſpinæ ſub tegmine celant
Serpentes roſpos, biſſos, gelidasque luſertas.

Argus centoculus, habens centum oculos.
Acoiet, atrapolet.
Garlettus eſt pars ſuperior calcagni unde ſgarlatatus dicitur qui ſine garletto zopegat. communi, plebis, univerſitatis.
Suum dixit, quia neſcit quomodo rideant.
Notandum.
*
Baſalicoium herba de qua gignitur ſcorpio.
Chitarinus habet novem cordas, teſte Boetio, Leuttus undecim.
Neſpol indeclinabile.

Hic niſi grata quies, niſi pax, niſi ſumma voluptas,
Hic niſi gentiles animi, gentilia corda,
Dum Venus in tanto lætatur pulchra triumpho,
Expectat donec vult ſol equitare per orbem,
Quem feſtina ſuo cupiens præcedere curſu,
Et ponens capiti vario de flore coronam,
Scandit in auratam, roſeam niveamque carettam,
Vadit ad oceanum vechium comitata puellis,
Expectat ſolem, quem proſpicit eſſe propinquum,
Quo viſo rutilam liquido de gurgite frontem
Explicat, & ſe ſe mortalibus omnibus offert,
Parviculis modicam generat ſplendoribus umbram
Ac reliquas penitus diſcazzat ab æthere ſtellas
Sic ſic Phœbeos rutilans Venus indicat ortus,
Quattuor hanc menant ſpacioſa per æthera Cigni,
Quos quandoque avium mater, Jovis urget oſella.

De Sole.

Sufficit hæc Veneri: Solis veniamus ad orbem,
Qui medios inter cælos ſibi tecta locavit,
In quarto quoniam ſua ſplendet maſon Olympo,
Cortem banditam portis ibi ſemper apertis
Sol tenet, eſt cunctis intrandi larga poteſtas.
Hic habitat ſenior maturus nomine tempus.
Qui ſemper varios horatim ſterminat ortus,
Nunquam penſero durat fundatus in uno,
Nunc vult, nunc non vult, foia legerior omni,
Centipedi ſimilis Ragno,
Eſt puer, eſtque ſenex quem barba canuta decorat,
Ac uno quandam tenet in cantone botegam,
Pulveris orloios fabricat, plenoſque rodellis,
Quos pulſare horas cum contrapeſibus urget,
Naturam Jovis admonitu pro conjuge cepit,
Qua ſine non poſſet tempus generare fiolos,
Ergo habuit binos natos, binas quoque natas,
Primavera prior, mox æſtas, inde creatus
Autumnus fuit, & rigidus pro frigore vernus.

Maſon, habitatio.

Centipedi ragno inſtabili vermiculo.

De Primavera.

Primavera fuit Veneris maridata fiolo,
Qui nuncupatur (ſi recte recordo). Cupido.
Qui poſt terga gerens alas, volat, undique quo vult
Irrequietum animal, nunquam volitare quieſcit
Præſumptuoſus cantones praticat omnes.
Nudulus it ſemper nullamque ferendo mudandam
Neſcit vergonam, portat quam ſemper apertam.

Fert

Digitized by Google

Fert arcum, pharetram, ſtralas dulces & amaras,
Cum quibus innumeræ cordæ franguntur in anno,
Fert in carcaſſo varias exinde ſagittas,
Dicuntur variæ, varios quia ſpargit amores,
Una ſagitta ſuum de plumbo geſtat acumen,
Namque remucatur tenerini puncta metalli,
Nec penetrare poteſt, nolente cupidine, panzam,
Auratam ſed habet ſubtilior altera punctam,
Quæ ſcaricata oculos intrat, filzatque magonem,
Spezzat duritiam cordis prævertit honorem,
Et diamantinos poſſet dirumpere montes.
Hac feriente, cadunt ab honeſto corda volero,
Hac feriente, valent nil ſentimenta raſonis,
Hac feriente, cito mentis franguntur habenæ,
Hac feriente, jacent veri poſt terga ſodales,
Hac feriente, bonos conſeios quiſque refudat,
Hac feriente, Paris patriæ fuit, oyme, ruina,
Hac feriente, patri taiavit Scilla capillum,
Hac feriente, malos Alcides geſſit amictus,
Hac feriente, uno Daphnis mutatur aloro,
Hac feriente, bovem meſchina Europa cavalcat,
Hac feriente, dedit mugitus Io vedella,
Hac feriente, quidem, veniunt homicidia, furta,
Stupra, ſacrilegium, rixæ, diſcordia, lites.

De Plumbea.

Plumbea odium parit ſdegnatos inter amantes,
Creſcit amor, penetratque nimis feriente ſecunda,
Iſte ribaldellus quantæ ſit cauſa ruinæ
Balde vide? certe quondam tu, & Berta provaſtis,
Primavera iſtum lætatur habere maritum,
Cui placitura ſuos componit pectine crines,
Atque cerudellos criſpat ponitque belettum,
In cervice gerit violarum nobile ſertum,
Purpureos veſtit mantos, niveaſque pelandas.
Semper odoriferos unguentos portat adoſſum,
Laſcium muſchium, zibettum,
In quibus ardet amor, creſcitque cupidinis æſtus,
Hæc reliquis quoniam magis eſt formoſa puellis,
Non curat ſtuppam pirlanci ducere fuſo,
Nec jam filatam tundo deducere naſpo,
Sub virides ſemper frondes reſupina quieſcit,
Semper & aſpaſſum per florida rura vagatur.
Quam ſeguitant dulces oſelini mille canentes.
Non Philomela deeſt friſolo quæ gutture cantat

Cerudellos, cincinnos.

Belettum colorem.

Muſchius, zibettus odore provocant ardorem.

A ſpaſſum adverbium eſt, vagabunde ſignificat,

Quæ

Quæ cantando nihil noctesque dieſque raſinat.

Fabula lovertiſii reperitur in metamorphoſi ſcaramella.

Quam lovertiſius nigra de nocte gabavit,
Qua propter noctem totam cantando trapaſſat,
Et centum ſortes gorghezat in ore motetti.

Gardelinus avis.

Gardelinus ibi eſt, qui anidat in arbore buxi,
Dulcis ab auditu, ſed viſu pulchrior extat,
Namque capellinam rubeam, tripliciſque coloris,
Fert alas, tremulamque movet ſua lingua camœnam

Franguelli, fanelli aves bene cantantes. Papagallus pſittacus.

Non ibi franguelli deſunt facileſque fanelli,
Atque Papagallus noſtras imitando loquelas.
Cui viduata ſuo jam Tortorella marito
Succumbit, ſicco nec plorat in arbore ſola,
Nec bibit ulterius fangoſi fluminis undam.

Gazæ, picæ quæ humaniter canere ſtudentes dicunt puta, porca vacca to.

Non deſuat merlæ, lugarini, vel riatini,
Hic ſemper gazæ, puta porca vacca to, cantant.
Primavera ipſos vult ſemper habere ſodales,
Sollazumque fame morientem denique nutrit.

De Æſtate.

Altera naturæ vel filia temporis, Æſtas
Dicitur, hæc multo ſemper ſudore bagnatur.
Non portat veſtes, tantum fert nuda camiſam,
Titanis rapido nam broſtolatur ab igne,
Ipſa laborando granaria frugibus implet,
Qua ſine Mortales cereali pane carerent
Poltrones multum facit inſudare vilanos.

Laudat villanos.

Attamen ipſa illis eſt grata fadiga gaioſis,
Nam quamvis aſinina dolet ſchenazza ribaldis,
Atque caro veniat crevata batendo ladrazzis,
Omnia ſupportant, memores quod tempore freddi
Tantum nix, Glacies apparentatque pruinæ.

Parentheſis.

Progenies maledicta quidem villana vocatur,
De quibus ut parlo, ſemper mea Togna caminum
Ammittit rectum, quia tranſportatur ab ira,
Pichetur quicunque favet, tutatque vilanos.
Nil niſi crudelis quiſquis miſeretur eorum.
Tunc ego crediderim leporeſque caneſque coire,
Seque lupi miſcere ovibus cernentur, & una
Stabunt pernices vel Quaiæ cum ſparavero.

Dabenum, per contrarium dicimus dapocum. Notandum.

Si contadinum potero accattare dabenum.
Vis civem ſuperare? bonas ſibi præbe parolas,
Vis contadinum? baſtonibus utere tantum.
Magnates placidis verbis, donoque puellas
* Vincis, fanciullos ſtroppa, baſtone vilanos,

Faſce

Paſce aſinos paiâ, porcellos glande, cavallos
Atque Boves fœno, villanos paſce tracagno,
Villanus nunquam cognovit dicere verum,
Villanus falſos ſagramentos mille piaret,
Villanus nihil eſt, ſi non aliena rapinat,
Villanusque hominem ſolo pro pane necaret,
Villanus Geſiæ reprobat ſervare ſtatutos,
Villanus Venerem non naturaliter uſat,
Et dicit quod nil mulieri beſtia differt.
Non guardat matrem, natam, propriamque ſororem;
Sed tunc villanos audis maledire cuchinos
Quando crepante pado biſognat ad argina vadant
Maxime villanos, quos Mantua Balde governat
Trant angonaias, gianduſſas, atque morias,
Blaſphemantque Deum, ſanctos, ſanctamque Mariam,
Semper habent oſſum poltronis quando lavorant.
Sed quando ballant, tot capræ nempe videntur.
Ad virides currunt pivâ clamante pioppas,
Et calcagnadis terram piſtantque repiſtant,
Quam vangando tepent, dicunt & habere padronem
Villanus nimiâ pro ſtizzâ roditur intus,
Quando baſtiones facit impellente ſenatu,
Julius hos menſis poltrones reddit alegros,
Pocha fadiga quibus paret ſub Apolline caldo
Curvata cum falce graves taliare biavas,
Et taliando ſuas vadunt cantando moroſas,
Compagnumque ſuum præcedere quiſque reforzat.

Padronem, genus morbi.

Comina.

Semper Apollineo nigrefacta colore fadigat
Aeſtas attendens, crebrò vacuare botazzum.
Cui non, Bacche, tuos laſſas mancare liquores.
Dum coquitur Phœbo, ſegetes dum falce ſtravaccat,
Dum quoque verzellis flavas diſpiat ariſtas,
Non unquam raucæ finant ſtridere cigalæ,
Debilis eſt auſter ventus, nil murmurat aura,
Nec tremolare vides foiamen arboris unum.
Omnia pro caldo Phœbi luſore ſtrinantur,
Schiappantur lapides, sbadacchiant rura, nec herbæ
Se drizzare queunt, quoniam fugit humor ab illis.

Verzellis, pro flagellis.
Finant, pro finnint.

De Autumno.

Diximus ecce ſatis de magni tempore caldi,
Naturæ terzi promatur uſanza fioli.
Autumnum veteres quondam dixêre Silenum,

Cui teſtam dicunt nudam picigaſſe cabrones,
Iſte præeſt Bacchi domibus, vinique fameiæ.
Quem nos gaſtaldum, vel dicimus eſſe fatorem.
Et quoniam guſtat ſol vinum dulce libenter.
Imbriacum quem nos ſemper damatina videmus,
Gaſtaldum Bacchi, Bacchum quoque diligit ipſum.
Nil igitur mirum ſi ſtant in Apollinis agros,
Iſte Silenus habet Bacchi pro conjuge Nimpham,
Multolenta, bibax, vindemia dicitur illa.
Ambo ſunt adeo pingues, adeoque grevazzi,
Quod velut inflati vento ſchioppare videntur.
Semper habent lateri barilottos atque fiaſcos,
Et pariter vadunt plures cantando ſonettos,
Sorbottumque bibunt vini ceſſante ſonetto.
Inde canunt etiam, poſt cantum pocula ſugant,
Sic alternantes laxis briagantur habenis.
Hisque meant circum montes caſamenta, paludes
Non quod eant circum, ſed quod girare videntur
Inque ſuos oculos paret res unica bina.
Non ceſſant trincare tamen, magis immo retornant,
Sorbentes faciunt, clo, clo, reſonare botazzum,
Denique ſomnus adeſt, quorum niſi membra foveret,
Illi tranſcotti ſe velle volare putantes,
Forſitan in terram de cœli ſede tomarent.
His nudis, nudi fiant guardam mille putini,
Dum ſornacchiantes porcorum more quieſcunt.
Cantant, eu, oe, ſaltant & circa parentes,
Quiſque ſuam teſtam vignali fronde coronat,
Quiſque manu portat botros, uvæque racemos.
Quiſque fiaſchettum parvo pendente loretto.
Morbezzant, rident, faciuntque bragalia Baccho,
Inde ſub uviferis vignis briagantur & ipſi,
Et pleni muſto pariter dormire comenzant.

Briagantur, pro imbriagantur.

Traſcotti, valde ebrii.

Sornacchiare, Ronfare, Ronchizare nil differunt.

Bragalia macaronice, Baccanalia græce,

Pallazzum Bacchi.

Bacchus habet magnum quodam cantone palazzum,
Quo centum caneſæ latitant, & mille rivolti.
Hic incirchiantur buttæ, latique tinazzi,
Hicve travaſantur per centum vina cararos.

Carares, cados.

Comparatio.

Non ſic formicæ vadunt redeuntque frequentes,
Quando montonem, vel vos chiamatis acervum,
Circa ſuam caſulam grate catavere ceſerchiæ,
Ut per multigeri facitur caſamenta Lyæi,
Quando frequenter eunt vacui, carighique retornant

vel vos, latini.

Mille

Mille Putinelli geſtantes tergore corbas,
Fiſcellas, calathos, ciſtellas atque cavagnos
Impletos uvis Tribianis, & libiolis,
Vel moſcatellis, greghis, corſisque, falernis,
Pars ibi diſcarigat ſommas impletque tinellos,
Pars quoque calcagnis ſtriccat follantibus uvas,
Et pars jam factum vinum, ſatis atque boitum
Excavat, & brentas implet barone cavato.
Mox torculantur travo calcante vinazzæ,
Turbulenta fluunt de graſpis vina repreſſis.
Stant ibi tercentum vezæ, totidemque vaſelli,
Stantque boteſini, mezarolæ, ſive barilli.
Non Autumnus abeſt, camiſottum veſtit olentem
De centum macchis vini, muſtoque colantem.
Ipſe præeſt operi, facit hic, jubet illic, & omnes
Contentare Deos, Baccho mandante, fadigat.

Parentheſis.

Gens Todeſca ſuos dicunt hos eſſe patronos,
Immo Deos alios non cognoſcuntur habere.
Effectum ſiquidem nunc experientia monſtrat,
Nam ſi quando ſtudent pacchiæ, vel dente raſonant
Per quemcunque volunt bocconem ſuggere zainam,
Aſt ubi ſe totos cernunt vacuaſſe bocalos,
Chioccant becheri calidam fundamine frontem,
Deque ſuo mittunt redolentes pectore rottos.
Per lettram parlant pluſquam nunc ante bocalum,
Dum trincher faciunt, multus tartofen habetur.
Sed quando ſurgunt de pacchia ſolvere ſcottum
Non illos muro ſe diſcoſtare videmus,
Sunt vultu ſimiles Phœbo damatina levanti,
Humiferos torquent oculos, centumque miaros
Cervello faciunt quamvis ſtent in pede ſaldi.
Andagando pedes nulla ratione guidantur,
Se muro taccant manibus, quæ linquere nolunt.
Donec ſupra thorum paiæ ſua membra ſtravol-
Ac ibi ſomnifero ſmaltiſcat vina repoſſo. (gant

Pedrala.

His igitur Bacchus nec non Autumnus agradat
Qui totum variis explerunt vitibus orbem.

De Inverno.

Sint ea dicta ſatis de te pater alme Silene,
Reſtat & Invernus naturæ filius ultim,
De quo dum parlo me grandis freddus aſſaltat.
Vir macer, exanguis, ſtrio, bigolumque tacatum

Corba genus, cavagni.

Follare, calcare.

Travo, pro trabe poſitus.

Graſpa, eſt racemus jam expilatus.

Pacchia dicitur mangiamentum ſtomachiter aſſumptum. Raſonare dente, & comedere.

Rottus eſt ventoſitas procedens aut crapula, aut ab inflatione milza quæ dicitur Mirach. Trincher & tartofen quid ſignificent lege Suetonium.

Ultim removit S. cauſa ſchigni fognia.

by Google

Fert ſchenæ, ſguanzasque cavas, ſubtileque collum,
Sfondratum ſtomachum, poſſent numerarier oſſa,
In teſta ficcos oculos, frontemque rapatam,
Pallidus & ſmortus, ſtroppiatus, rancidus, aſper
Tamque melancholicus quod ſemper flere videtur,
Giazzatam barbam, giazzatos fertque capillos,
Horreſcunt magræ nimio pro frigore carnes,
Eſt ſua de nivibus veſtis texuta bianchis,
Cui niſi donaret ſoror æſtas munera panis,
Gaioffazzus enim de marzafamme periret:
Semper apud braſas ſibi ſteſſo crura boientat,
Nec miſer inzegnat retrò portare cadregam.
Subſtizzat torres, cogitque bulire pignatam,
Pigritat atque timet, ſi vadit ad aera forram.
Sunt albis ſemper ſua tecta coperta pruinis,
Et candelotti giazzæ de culmine colant.
Quando ipſum mundi per campos ire biſognat,
Extemplò fugiunt Ravarini vel Philomelæ,
Ac volucres alii, quos Primavera miniſtrat.
Tantum Cornacchiæ, Corvi, Tacolæque videntur,
Qui cra cra ſemper, cra cra per rura frequentant.
Provida non exit picolas formica maſones,
Clauditur in guſlo Limaca, buſumque muraiat,
In caſulis celantur Apes dum frigora varcant:
Non errare vides gelidas hinc inde luſertas,
Paſtores calidis reſerant armenta caſottis,
Fornari gaudent, furni tunc ignis agradat,
Brettari mœrent, ingucchiant namque ſcopertis
Cum digitis brettas, ſupra quos ſæpe sbadacchiant
Attamen ad furnos ſic agucchiando reducti,
De pandemeio faciunt mangiando pelizzas.
Tempore ſed caldi comprant ſorbentque cagiadas,
Cumque Cagiarolis, tres, quatros, quinque gridantes
Ludunt ad moram, Bozzolas lacte bibentes,
Suntque moleſtati furfanti tempore freddi,
Et faciunt nulla tremolantos veſte coperti,
Eſt tamen Invernus ſtudioſis appreciatus,
Ocia longa quibus concedit tempore noctis,
Doctoreſque facit Græcos, Arabesque, Latinos.
Praticat hæc igitur Solis famiola caſadas,
Hinc menſes, anni veniunt, horæque, diesque.
Hanc etiam bellam Sol gaudet habere fameiam,
Quam paſcit, nutrit, cui non gravis ulla fadiga eſt.
Supra caput portæ niveo de marmore factæ,

Nam teſte Bonboſphoro, nives etiam nigræ reperiuntur.
Marzafammis differt a fame, eſt una dictio tantum.
Pandemeius genus panis miliacci.
Bozzola vas ligneum.

Pi-

Pithonis pendet ſerpentis lurida pellis,
Magnus ad Aegyptum quem ſtravit Cinthius olim
Supra fazzatam pallazzi, ſupraque ſpondas
Deſventurati Phaetontis picta ruina eſt,
Qui nihil aſcoltans Phœbi mandata parentis,
Dum male guidat equos de celſo caſcat olympo,
Ac ſibimet rumpit ſpezzatis colla cavezzis.
Non tabulas pennellus eas formaſſe videtur,
Sed magis apparet natura fuiſſe magiſtra,
Ac viva de carne merus color eſſe putatur,
Quis fuerit rerum pictor, vel ſculptor earum
Neſcio, ſed forſan magnus fuit author Apelles,
Cujus progenie noſter Mantinea venit,
De quo, ſicut apud Serraffi ſcripta catatur,
Maximus alter erit pictor, Mantegna vocatus, *Andreas Mantegna pictor celeberrimus.*
Gentibus è Paduæ, quem parvum noſtra robabit
Mantua deſegni mirum fictique coloris, *Franciſcus Genzaga cognominatus Turcus.*
Qui ſub Franciſco Turco cognomine vivet,
Atque triumphantis depinget Cæſaris actus,
Ars ubi pictorum veterum perfecta trovatur.
Poſt quem ſuccedet mirabilis ille Michael *Michael Angelus pictor, Raphael pictor.*
Angelus, & Raphael. quos non ars, imo docebit
Ipſa parens natura leves tirare penellos.

Concluſio.

Sed quia ſomniferam tibi cerno, Lonarde, vedettam
Tu male dormiſti, tribus iſtis noctibus, immo
Contra fortunam ſemper vigilavimus ante,
Sufficiat Phœbi ſtanzas recitaſſe decoras.

Berta.

Baldus ait, vellem, mi Cingar, Apollinis almas
Semper ineſſe domos, nec eundi forma catatur:
Reſpondet Cingar, nimis optas Balde, quid inquis?
Ad terzum Paulus rapitur ſolummodo Cœlum,
Tune ſuper Divum penſas conſcendere Paulum?
Non ſic Balde, cupis troppum, faciemus aſaium, *Aſaium, ſignificat multum*
Si portinarus Paradiſi Petrus, & Enoch
Nos aperire velint, cantoncelloque ſub uno
Condere, quo lucis valeamus habere pochinum.
Ergo repoſſemus, video ronfare Lonardum.

Explicit Tertia decima phantaſia Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII
Argumentum. In Macaronicen Phantaſia XIV.

Terrea belligeri ſeguitat pallazzia Martis,
Poſt quæ narratur bella brigata Jovis.
Inde melancholici Saturni peſſima ſphæra
Dicitur, & vaſtæ lubrica ſigna rotæ.

MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE QVARTA DECIMA.

POSTquam tres horas dulci cubuere quieti,
ATQUE ſoporifero ſatiarunt membra ripoſo.
CINGAR ad inceptas Baldo mandante raſones
Tornat, & ingenio ſtabat Leonardus ateſo.

De Marte.

Mars ferus aſpectu quinta verſatur in arce,
Qui ſcorrozzatus criſpata fronte minazzat.
Braſatos oculos, dum guardat, buttat adoſſum,
Sanguineasque bavas ſua labra tumentia ſpargunt
Criſtatam portat galeam, chiuſamque veſiram,

Ateſo, pro attento.

Jugiter,& totus rutilis ficcatur in armis.
Targonus lateri dextro tum ſpada ſiniſtro
Dependet, mazzamque tenet gallone feratam.
Semper it in frezzá, magno galopante cavallo,
Et baſtiones ſua circum caſtra locavit.
Non hic armorum genus omne carebitur unquam:
Stendardi volitant, banderæ, timpana, trombæ,
Non deſunt piſari, gnacaræ, cornæque bitortæ,
Denique quicquid habent homines bellando neceſſe,
Talibus in rebus Mars oble&atur anhelus.
Sanguine, jocundans carnarum cernere quartos
Huic cædes ſoror eſt, lis mater, rixa ſed uxor,
Huic pater eſt livor, rabies vindi&aque natæ.
Hîc hominum clamor ſtrepitat, nitritus equorum,
Non hîc bombardæ mancant, paſſâque volantes,
Non hîc Mortari, Colubrinæ, vel Baſiliſchi,
Sive Pavaiones, ſeu Tendæ, ſive Trabachæ.
Polvificant nebulas pedibus repetando cavalli,
Celſa fracaſſatæ conturbant ſidera lancæ,
Atque Tacollarum per nubila more nigreſcunt.
Ad finem guerræ cernis concurrere ſquadras,
Ordine cum nullo diris ſe bottibus urtant,
Squarzant bandêras, diſpiaſtrant arma, corazzas,
Marsque roverſatos ibi mortos cernere gaudet,
Scanatoſque viros ſub calpiſtrare cavallos.

Feratam ſubtraxit r. cauſa metri.

Careor à careo

Hæ carnæ pluraliter tantum reperiuntur, caro etiam carnis.

Creatio Militum.

Eſt ibi marmoreis labens fontana ſub Antris,
Jugiter ad cujus guardam ſtant o&o Puellæ.
Prima ferox vultu legiadraque Forcia, di&a eſt,
Sed Mars Deſtrezzam juſſit clamare ſecundam.
Tertia Temperies, Prudentia quarta vocatur,
Quintaque cagneſco ſemper cum lumine guardat
Iraque nomatur, ſed di&a Superbia ſexta eſt,
Septima tabifico rubet undique ſanguine cruda
Impietas, o&ava calet cœnoſa Libido,
Hanc Deus armipotens curam dedit o&o puellis,
Ut quoſcunque viros ſibi Jupiter eligit armis.
Quoſque ſequi guerras mandat, ſoldique * talentum
Tres mergant voltas liquidi ſub gurgite fontis.
Non tamen id faciant omnes, at ſorte butata
Quatuor ex ipſis pueri membricula bagnent.
Ergo quam primum geſtatur parvulus infans, (dant
Quattuor hunc Nimphæ, quibus eſt ſors lapſa profun-
Inter fontanam, poſt mundi ad ſtenta remittunt

Soldus eſt precium militare. Hinc derivat ſoldatus.

**Talentum voluptatas vel voluntas eſt.*

Hoc ſtentum

Hac

Hac igitur veniunt ſoldati lege, vel impi,
Vel fortes, agileſve armis, vel corde ſuperbi;
Vel poſt luxuriam plexi, vel præcipitoſi.
Aut è converſo prudentes, ore diſerti,
Maturique duces, nec ab iræ fulmine victi,
Quales Romanæ generat ſtirps alta Columnæ,
Cujus fortezzæ conſcendunt mille pilaſtri.
Quales Eſtenſis, quales Gonzaga, vel Urſa,
Pallaveſina domus, Malateſta, Triultica, Pepla,
Martinenga, Rues, Gambarica, Sega, Crevella.

pro labore. Hinc ſtentare pro laborare.

De Jove.

At Rex Stellarum cunctarum Juppiter alto
In ſolio reſidens ſextum ſibi legit Olympum.

De Architectura.

Urbs illic amplo ſpatioſa repoſſat in Agro,
Mulciberi fabricata manu, Brontisque labore.
Non de calcinis, coctisque locata quadrellis,
Verum diverſo formis celata metallo,
Ut ſtampare ſolet campanas Breſſa canoras.
Merli de fino ſtant circum circa dyaſpo.
Per merlos quoſcunque nitet carbunculus unus.
Centum Porfideæ tangunt ibi ſidera turres,
Quarum de bronzo ſtant fundamenta zetato,
Et criſtallino cordone ſerantur ubique,
Tecta micant auro, vexillaque sgonfia promunt
Carca ſaphirrinis gemmis, groſſisque ſmaragdis,
Sunt argentaceis quæ ſuſtentata pilaſtris.
Hic ſua fundarunt omnes pallatia Divi,
In medio quorum Jovis Atria celſa minazzant.
Dædalus ædificans tribus iſta locavit in annis,
Cui muratores ajuttum mille dederunt,
Centum balcones patulant, centumque feneſtræ,
Pars huc, pars illuc, pars hac, pars illac apertæ
Jugiter adocchiant venientia quæque videndo.
Porticus in gyrum ſexcentis fulta columnis
Bronzineis latè circumſerat omne palazzum,
Sub qua mille Dei ſpatiantes ordine tundo
Sermocinantur, vadunt, redeuntque frequenter.
Porta ſuperba patet, quæ nunquam chiuſa tenetur
Veſtibulumque ſuam largum tenet ante vedutam,
In quadro poſitum, ſuper octo pilaſtra levatum.
Porphideus niveis in poſtibus eminet arcus,
Circulo, & in medio tria formidanda ſpaventant
Fulmina; fulminibus, nam Juppiter utitur ipſis.

Minazzant eriguntur cælo.

Continuo Divum ſpatiatu tota cavantur
Limina, ſint quamvis Alabraſtro condita duro.
Suntque cadenazzi, lorgnæ, rutilæque feraiæ
De fino argento fabricatæ ſupra dorato.
Hæc perpendiculo multum bene cuncta ſquadrantur.
Ingreſſus portam retrovas en atria binos
In quadros producta, nigro tenebroſica fumo,
Nam bene ſpuzzantes ibi ſentis olere coquinas.

Deſcriptio Coquinæ.

Fumentoſa patet muris portazza biſunctis,
Liſſa, pro illuſtra.
Cuius liſſa micant gozzanti limina brodo,
Intus aroſtiti variique tirantur odores,
Talentum, appetitum.
Ad naſum per quos aguzzat voia talentum,
Sunt ibi ſexcentum ſguattari ſub jure cogorum,
Cogus macaronice, Cocus latine.
Pars geſtat lignum, pars truncat, parſque miniſtrat
Sub centum bronzis caldaribus atque padellis.
Qui ſcannat vitulum, qui ſlongat colla polaſtris
Optimum edulium, & lecardo congruum teſta cum pelle vedelli.
Qui cavat è panza trippas, dum ſcortigat alter,
Qui deſpennat aqua mortos buliente capones,
Qui diſcompagnat magones de figadellis,
Qui boccalum implet (ſi deſunt vaſa) buſecchis,
Qui coſire parat teſtam cum pelle vedelli,
Ingiovat, à giova derivat, qua genus eſt uncini.
Qui porcellettos inſpedat, quique cavecchio
Ingiovat lardum, quo plus caro graſſa fiatur.
Gambo lecatoriæ cocus illic præſidet arti,
Brodeccus Breſſanice. Brodicus Mantuanice. Fedus latine. Malnettus vulgariter.
Cui tantum ſguataros eſt cura docere brodeccos,
Ac dare mandatum galantiter omne coſinæ.

Doctrina prima coſinandi.

Coſina, Coquina, & culina.
Sed quia menſa Jovis plus bramat ferre vivandas
Avantazatas his quas plebs cætera mangiat,
Hæc ſguattari documenta piant, Gambone docente,
Alter formazzi freſchi, leviterque gratati
Binas accumulat libras, biſſenaque ſecum
Ova sbattuta premit, quæ vix gallina cacarat,
Finarumque duas ſpecierum præparat onzas,
Poſt hæc zaffrani mediam, lardique recentis
Menſurat libram, largus capit iſta cadinus.
Inde duos coctos extra caldare capones
Eligit & polpas divellit ab oſſibus omnes,
Oſſa governantur, ſed carnes optime piſtat.
Cum petreſemolo, vel menta, vel mazurana,
Macco, piſtumine, pulmentario.
Donec cum variis piſtatio morbida rebus,
Devenit atque color diverſus contrahit unum
Oſſa dein recipit, quæ macco volvit in ipſo,

Cumque

Cumque radicella porci facit arte tomaclas,
Quas aliquantillum cum lardo frixat aprino,
Inde bianchezzam legit ovi (Mantua chiaram
Hanc vocat) atque crocum, ſpecies, ſugumque naran-
Omnia cum brodio facit iſta bulire caponum; (ci,
E quibus & capiunt, & fundunt oſſa ſaporem
Quæ mox ad tavolam mittuntur ſupra taeros
Et delicatas facit hoc brottamine ſuppas.

Doctrina ſecunda.

Alter ſemicoques ſguattarus capit octo polaſtros
Quos diſmembratos pingui bene frixat in uncto
Aſt ubi cum zuccar, ſpeciebus, aquave roſata,
Et modico agreſti ſpolverizaverat illos,
Tres maſinatarum libras piat avolanarum,
Gingiberis mediam & zuccar, quibus addidit onzam.
Iſta parum buliunt modico ſociante botiro,
Pollaſtroſque fovet ſecum de n ore guacetti,
Qui quoque ſic poſſunt condiri corpore ſodo.

Doctrina tertia.

Alter odoriferas piſtillo ſmazzolat herbas,
Formazzumque ſimul freſcum miſturat, & ova,
Piſtumenque facit dulcem jungendo canellam,
Lacteque manduleo coitum diſtemperat iſtum,
Trans pellem deinceps implet carnemque polaſtros
Qui calida lixantur aqua buliente lavezo,
Ipſa finatantum piſtumina dura fiantur, *Finatantum.*
Poſtque boimentum ſpeto ſiccantur acuto, *donec.*
Et juxta braſas lardo ſguazzante coquuntur.

Doctrina quarta.

Alter cervellas ubi coxit honeſte vedelli,
Separat ovorum de chiaris roſſola tota,
Quæ cum Pignolis paſſaque incorporat uva.
Poſtea ſtamegnam facit hæc tranſire per unam.
Inque pignatellam graſſo brottamine plenam *Proverbium eſt, ne vadant cuncta brodetto.*
Lixat abelaſium, ne vadant cuncta brodetto.
Si cupit hanc epulam dulcem, dat zuccara ſecum,
Si garbam, garbæ ſuccum diſtillat agreſtis. *Garbus, acerbus.*

Doctrina quinta.

Alter aroſtitum fegatum cum radicella *Nota quod ſicut ficus diverſimode declinatur, ita zuccar, ut infra,*
De ſpeto ducit ſimul ac in fruſta minuzzat,
Inque lavezettum cum zuccar, aquaque roſarum
Atque Naranzorum muſto, ſpeciiſque guacettat.

Doctrina ſexta.

Alter adhuc lixat vel ſex vel octo polaſtros, *Hic zuccarus,*

Inque

Hoc zuccar indeclinabile, hoc zuccarum. Teggetta, vas coquinarium. Marinae, ſupra dixit paſſas.

Inque duos quartos per mezum dividit omnes,
Quos teggetta coquit ſleguati comoda lardi,
Poſt hæc acetoſum vinum, tollitque marinas
Uvas, agreſtum, & gialdum graſſedine brodum,
Atque remordacem ſguſſat ſpartitque cipollam,
Boientá conſumit aquâ, totamque diſaſprat,
Quam, ſimul & reliquas res in mortaria piſtat.
Mox frixat junctis ſpeciis, pluráque galangâ,
Sic & acetoſo modicum venit eſca brodetto.

Doctrina ſeptima.

Sed piſtinacas alter brovat, inde farinat
Ac oleo frixat, ſed aquâ mox dextriter, atque
Concoquit agreſto, ſpetiis & gingere junctis.

Doctrina octava.

Alter Criſpinos, graſſum brottamen, & herbas
Summit odoriferas, lixat, paſſatque per unam
Stamegnam, redditque foco, quibus addit & ovos
Optime sbattutos, & agreſti granula crudi,
Uviculam paſſam, zaffranum, ginger acutum.

Doctrina nona.

Alter lixatos trat de caldare capones,
Quos parat in terræ lato cum ventre piattum,
Fundit aquam roſeam, mox zuccar abunde tridatum
Deſuper imponit caricum braſamine teſtum.
Iſta coſinandi pulcherrima foza capones.

Doctrina decima.

Ramina forata genus vaſis.

Alter poma capit, diſcorticat intus & extra,
Mollit aquâ rammique ſcolat cum vaſe forati.
Quæ mox ut brodio roſſis quoque meſcolat ovi,
Cumque bonis ſpeciis fit digna maneſtra Milano.

Doctrina undecima.

Toltas, id eſt, acceptas.

Alter lampredas toltas de fonte comaſco
Frixat, & inde capit mollamen panis aduſti,
Manduleaſque, nuces moſcatas, ac avelanas,
Gingiber, & longum pever, forteſque garoflos,
Paſſiculas uvas, zaffranum, denique paulum
De gardamomo, cinamomum, ſive canellam,
Omnia cum blanco, maſinans, diſtemprat aceto.
Lampredaſque ſuper prius igne boita reſpergit.

Doctrina duodecima.

Alter ſmenuſſat Ravas in mille bocones.
Inde boire facit, paſſatque foramina Rammi,
Piſtat, & in bronzum lixat cum lacte recenti,
Ova sbatuta quibus, zaffranum, zuccar, & altras

Ad-

Adjungit ſpecies, per quas bona quæque fiuntur,
Doctrina tertiadecima.
Alter caprettum crudum taiando minutum
Deſuper agreſtum guaſſat, lardumque, canellam.
Paſtellumque facit, quem poſtquam coxerit, ova
Cum brodio vel aquâ roſeâ sbattuta ſuperdat.
Doctrina quartadecima.
Alter cervinam carnem coquit, inde ſtrinatum
Cum cruſta panem in forti demergit aceto.
Poſt hæc Formazzi gratat inſtar quinque cepollas,
Smenuzzat carnem, lardo quam roſtit in albo,
Figatumque ſuum coctum cum pane moiato
Meſcolat, & maſinat, nec non diſtemprat aceto,
Mel addit, ſpecieſque bonas,traditque boiendum,
Hancve zelatiam caldam frigeſcere laſſat.
Doctrina quintadecima.
Alter gambaricum mirâ facit arte ſaporem,
Gambara diſguſſat, quibus ante cavaverat ova, *Diſguſſat, id eſt, eruit à corticibus.*
Piſtat aquam ſtillans colat, inde capitque bonherbam,
Roſſolaque ovorum, panis mollamen, & iſta
Conterit, agreſta quæ mollit, aquâque puſillâ.
Poſt hæc acetoſat fortis ſpeciebus, & ova
Quæ prius abſtulerat guacettum ficcat in ipſum.
Doctrina ſextadecima.
Alter mandulibus flores immiſcet aneti,
Gingiber, atque nuces muſcatas, zuccar, & iſta
Piſtillo maſinat, nec acetum ſpargere ceſſat,
Supra caſtronis carnes: Hæc optima broda eſt.
Doctrina decimaſeptima.
Alter at anguillaſt vel tencas maxime graſſas
Lixat,& expolpat quas in mortaria ſmiccat
Cum petreſemolo, datilis uvâque marinâ,
Dulcibus & ſpeciis, oleo, tortamque per illos
Condit, nulla quibus carnem mangiare voluntas,
Doctrina decimaoctava.
Alter quin etiam fungos in fruſta minutos
Frixat aquâ & lardo freſco, quos inde cavatos
è pignatello, Formazzum miſcet, & ova,
Zaffranum, ſpecies,quibus optima torta creatur.
Doctrina decimanona.
Alter acerboſas marraſcas abſque medullis *Abſque medullis, id eſt, oſſibus.*
Piſtatas paſſat ſtamegnam, caſeus & lac
Additur,ova, bonæ ſpecies,cum zuccare fino,
Tettaque ſmicatur iuvenis bene cocta vitellæ.

Non

Non ſparagnat aquam roſeam freſcumque botirum.
Torta fit, ovorum chiaræ ſint cruſta d.b.ilum,
At ſuper effundit pignolos atque canellam.

Doctrina ultima de Nectare.

Sed quid ego longis pario faſtidia verbis.
Illic divinum facitur ſolummodo Nectar.
Multi bugiardi dicunt hoc eſſe bevandam.
Id nego, ſed cibus eſt quo morti ſurgere poſſent.
Gambonique coco, ſguataro qui præſidet omni
Hoc datur officium componere Nectaris eſcam.
Gambo caponazzos largos in tergore gialdos,
Accipit, & porci panzam prius optime coctam,
Ginger & integrum; ſpecies, freſcumque caſettum,
Mox petreſemolum, Mentam, calidoſque garoſlos,
Poſtea diſmembrat medicoctos ante capones,
Frixat, & inſpergit ſpecies, capit inde noſettas
Manduleas quas non tellus, ſed fecit olympus.(ſtros.
His quoque frixat, aquam modicam jungendo, pola-
Dumque id fervet opus, medias quas diximus ante
Aſſummit ſpecies, his ſalvia, mentaque juncta eſt
Piſtumem fabricat, tortellos inde refrictos
Inter Delecum, quem pezza tenella ſcolarat,
Spolvificatque ſuper ſpecies dulces & acerbas.
Poſt hæc exoſſat datiles, & gingere volvit
Cumque ſminuzzato cinnamomo, cumque garoſlis
Inde locat ſpecies, raſiolos ipſaque cocta
Fruſta caponorum, datiles, uvamque marinam,
Pignolos mundos, in unam cuncta padellam,
Fecerat in fundo cruſtam, mediam quoque jungit
Quas ſuper apponit prædictas quaſque facendas
Mox aliam cruſtam ſuperaddit zuccare plenam
Torret abelaſium teſti ſcaldante coperto,
Atque freqnenter aquis bagnatur cruſta roſatis.
Dicitur hoc Nectar, ſatis eſt narraſſe coquinam.

Caſettum, formazzum parvum.

Medicoctos, & ſemicoctos invenis.

Sequitur de pallazzo Jovis.

Atria præteriens intras peryſtilia centum
Qualibet ex banda clauſtrorum longa cavezzos
Ac adamantinis circum munita columnis,
Quæque columna ſuis diſtinguitur alte miſuris
Quas duras proprio Vulcanus ſanguine fecit,
Hic adamas quoniam teneratur ſanguine becchi.
Intra columnares ſtant quadra cavædia zonas,
In medio quarum variis ornata lapillis
Continua decurrit aqua fontana bagnando

Vulcanus becchus.

Cry-

Cryſtallum, Benas, Agathes, Alabaſtra, Berillos.
Exedras per quadra ſubis peryſtilia nudas,
Bibliotheca prope eſt, ornataque pinacotheca
Heroum geſtis, monumentis atque Deorum.
Baſilicæ locus eſt ampliſſimus, undique cinctus
Sedibus ex auro, quo tractant, numina cauſas,
Fata hominum, ſortes, breve tempus, mille travaios.
Ad caput ipſa Jovis ſtat ſedes altior altris,
Quam Dis divitiæ rex fecit, & omnia richa
Spendidit, ô penſa quam bella cadegra det eſſe.
Diique deæque omnes hic prehendere jura frequen-
Juppiter his fatum ſolvit, ſortemque miſurat, (tant,
Nulla datur deitas aliis, ac nulla poteſtas,
Ni Jovis arbitrio certa ratione guadagnent.
Quottidie cœtu Divum viſtatur ab omni,
Suſcipit exultans omnes penetralibus Aulæ.
Læditur interdum, quovis, Deus alter ab altro
Inter quos æquo diſcrimine judicat ille.
Si quando fuerit Superis offenſus ab ipſis,
Fulmina forte jubet, reboare tonitrua mandat
Terrificans homines cœlum trabucare putantes
Aſt apparendo Ganimedes fronte galanta,
Blandidulosque ſuo cùm Regi torquet ocellos,
Immo dulcigeri fert aurea pocula multi,
Protinus ira cadit, fugiunt è pectore ſdegni,
Diſmemorata fluit rabies, canegiataque ſtizza,
Exonerat nebulis cœlum, novus emicat æther,
Proſtrati flores pluvia ſub Apolline ſurgunt.

Parentheſis.

Sic quandoque duces faciunt, grandeſque maeſtri.
Et qui dicuntur Signores eſſe bachettæ,
Plus quandoque valet pueri frons bella petulci.
Quam non grandiloqui ſententia magna Catonis.
Plus oculus blandus; vel ſermo libidinis ardens,
Quam vigor eloquii Ciceronis, & ora ſenatus.

Maſelina.

Inſurgunt ſcalæ paſſim diamante locatæ,
Pars quoque Corallo, pars marmore, parsque dyaſpò,
Quælibet ipſarum tendit nonanta ſcalinos, (que
Per quas ſemper eunt, redeunt quoque Numina quæ-
Menant in cameras centum, pluresque ſalottos,
Quorum ſolari non ſunt ligamine facti,
Sed Vulcanus eos de puro fecerat auro,
Huc illuc ornant camerati flore grabatos,

Nudas apertas.

Det pro debet, ô admirantis.

Catonem intellige quemlibet ſapientem.

Scalinos, gradus.

Su-

Supra quos tendunt lenzoles, atque copertas,
Quas mirâ Nimphæ recamarunt Palladis arte.

De Pallade.

Ipſa quidem Pallas Jovis eſt naſſuta cerebro,
Qui ſine concubitu mulieris ter ſibi ſanctum
Cervellum cuſſit virgâ, virgoque Minerva
Exiit, & magni dicta eſt ſapientia patris.
Noſcere ſi cupitis quare ſapientia dicta eſt,
Nil dubitetis enim, ſolvetur quæſtio talis.

Laus Mulierum.

Argumentum galantum, quare Pallas dicta ſit ſapientia.

Nota quod Cingar loquitur & non poeta.

De hoc aſino lege Sempronium, de chatarinettis.

Pallas honeſtatis ſpeculum de vertice maſchii
Naſcitur, ut pateat quod ſunt reliquæ mulieres
Dementes nec habent cerebrum.
Et ſine conſilio quicquid facietis earum,
Credite Pallas erit, Jovis & ſapientia patris,
Verum ſi qua tuis in rebus fœmina præſtat
Conſeium caveas aſino ſimilaberis illi,
Qui vult pro fruſto Baſtum geſtare novellum,
Ignorans quoniam tergus nova ſella magagnat,
Et qui penſabas totam lucraſſe Minervam,
Nempe faſolorum bronzum mangiaſſe catabis,
Ingenium quoniam ſenſumque faſolus aguzzat.
Pallas eſt tantum Jovis unica filia teſtæ,
Quæ damigellarum circum ſtipata catervis,
Imperat, atque docet linum deducere fuſo,
Texere vel telam, vel naſpo ſolvere filum.

Palladis ſtantia.

Bombaſum, bombicem.

Didinos, parvos digitos.

Canones inſtrumenta lignea, quibus filum diſſolvitur.

Eſt inter ſalas altas, thalamoſque ſalottus,
Qui longus centum paſſus, cinquantaque largus.
Pallas ibi ſecreta ſuas docet alta puellas
Altera bombaſum, vellinum detrahit album,
Bagnificatque ſuos fuſo pirlante didinos.
Altera diſcaricat naſpi giramine fuſos,
In glomerumque rotat dum guindalos, orbe volutat.
Altera texendas producit in ordine ſtuppas,
Et facit innumeros circum ſtrepitare canones.
Altera dum texit, manibus pedibusque lavorat.
Dextra naviculam mandat, ſed læva remandat.
Altera, prona ſedens tellam ſuit, inque biancas
Vertit camiſas, apud illam ſtante caniſtro,
Altera ſed variis acubus majora recammat,
Namque velutinas Aquilas deſcribit in auro.
Altera de argento cadentia lilia fingit,
Quæ in cœleſtino pingit ſemota veluto.

Altera terribiles format recamando Leones,
Sub pede cum libro facientes ore Samarcum.
Altera frondoſam, plenam quoque glandibus aureis
Texit in aereo ſpatio cum pectine Quercum.
Altera purpureos miſcens albedine ſcaccos
Inſerit argenti rutilos, aurique quadrettos.
Altera marzoccos fulvos, nimiumque bravantes,
Altera terribiles Aquilas errantibus alis
Quattuor, inſectâ rubeâ cruce, pingit in albo,
Altera lanigera cellones conſuit arte,
Ac in ſpalleriis Florentia prata recammat.
Altera conatur veteres deſcribere guerras,
Maxime Alexandri, Ciri, Xerxiſque carinam.

Samarcum, oſcitationem leonis intellige.

De Saturno.

De Jove ſat dixi, Saturni regna ſubintro,
Ejus nolo tamen tibi dicere conditionem,
Namque melancholicus nimis aſcoltando venires.

Goſa.

Baldus habens faciem rapefactam more ſtupentis,
Quis diavol ait, tibi Cingar talia dixit?
Quove imparaſti tales ingrate raſones?
Nempe Magum penſo Zoraſtum te ſtudiaſſe,
Cùmque prophetabus ſemper vixiſſe ſtriabus.
Reſpondet Cingar, miraris forſitan iſtud?
Semper habent pro ſe colpum ſcrimando Magiſtri;
At Leonardus ait, paulum, mi Balde, quieſcas,
Deſine quod ſeguitet Saturni pingere Cœlum.
Tunc Cingar, Saturnus inops extrema petivit
Littora Cœlorum.
Uxorem quamvis habebat, tamen ipſe fiolos
Non generare poteſt, cauſa num quæritis? inquam.
Non ſolum quoniam mancant ſua corpora caldo,
Juppiter at patri Saturno membra taiavit.
Hic macer eſt vultu, calva cum fronte rapatus.
Sbavazzat totam naſo colante bocazzam,
Nec retinet ſolum dentem ſua quæque ganaſſa,
Omnes cum flatu putrido, quum parlat, amorbat,
Hiſpida barba riget, nunquam pro pectine lenis,
Cum baſtone ſuas vadit numerando pedattas.
De paſſu in paſſu tuſſit, ſpudatque macagnos,
Fert ſgarbellatos oculos, nec shercia mancat,
Pellizzonus eum uſque ad calcanea coprit,
Attamen ille facit tremolantos frigore plenus,
Ejus baſſa domus plena eſt humore nocivo,

Flent muri, guaſtat rumatica muffa ſolarum.
Nunquam, ſplendigeros ibi fundit Apollo luſores,
Praticat hîc ſemper ſpiſſis nox plena tenebris,
Hîc Barbagianni ſtrident, hîc pipaque ſtrelli,
Hîc quoque noctivaghæ gnao faciendo civettæ.
Triſtitia hîc habitat, Macies, genus omne malorum
Maxime ſunt iſti, capitis dolor, Hydropiſia,
Angonaia, malum coſtæ, quartanaque febris,
Mazzuccus, lancum, carbones, morbida peſtis,
Flegma, tumor ventris, vermes, colicique dolores
Petra veſigarum, cancar, gianduſſa, bognones,
Franzoſus, ferſæ, cagaſanguis, rogna, varolæ,
Defectus cerebri, rabiesque frenetica, chiodus,
Stizza canina, dolor dentorum, ſchrofa, puvidæ,
Phiſtula, galtones, tumor vel lergna vocata
Teſticuli, brofolæ, tegnoſaque codega, lepra,
Schelentia, gulæ ſiccitas, & pectoris aſma,
Sanctique Antonii morbum, morena, podagra,
Tiſica febris, mugancæ, tardæque pedanæ.
Infirmitates non totas dicere poſſum,
Iſta fameia ſenem Saturnum ſemper honorat,
Sed male, fida quidem, nam burſa vodatur ab ipsâ.
Hanc medici preciant, ſed in altro corpore ſiccam.
Ergo Saturnus ſupremo præſidet orbi,
De qua caſcatus poſſit ſibi rumpere collum.

Togna.

En vobis Cœli ſeptem deſcripſimus orbes,
Non reliquas refero caſones Aſtronomiæ,
Nam vobis facerem longis faſtidia verbis.
Subſeguita, Leonardus ait, mi Cingar, higinum
Audio, dum loqueris, narrare galantiter aſtra
Sum contentus, ait Cingar, ſolabor utrumque.

De Zodiaco.

Eſt via longa nimis Cœlum quæ circuit omne,
Per quam ſi vades nunc magnum frigus habebis,
Nunc nimius faciet caldus bagnare camiſam,
Nunc refreſcabis manſuetâ corpus ab aurâ.
Nunc aliquantillum glaciem tibi temperat æſtas,
Hæc via tam durat, quod pleno Phœbus in anno.
Vix addit metam, ſed apuntum terminat illam.
In primo introitu cum flexis cornibus, ecce
Apparet Montonus habens in tergore Phrixum,
Ex auro totâ eſt radians ſua lana tirato.
Poſt caminamentum menſis renovata per arva.

Tau-

Taurum cornuta retrovas cervice biancum',
Audet is Europam ſpallis geſtare putinam,
Poſteriora tenens in fonte ſepulta liquenti,
At quia mos bovis eſt moſtazzo fundere bavam;
Jugiter hunc ſeptem curant forbire ſorores,
Quas gaioffazzus fugat hîc, fugat illic Orion.
Non procul incontras geminos inſemma fradellos
Primus nomatur Caſtor, Polluxque ſecundus,
Hos, Helenamque ſimul Jove natos Læda covavit
Quos tam grandis amor junxit, quod Iuppiter ambos
Tranſtulit in cœlum, Nautiſque favere dicavit.
Ulterius vadens, caveas, quia peſtifer Hidra
Sibilat Herculeo quondam mutilata labore.
Cujus colla premit cum zanchis Gambar apertis, *Zancha Chela.*
Sed cum ſudorem ſentis bagnare camiſam
Ecce Leonazzus boſchamine ſaltat ab atro,
Ac ſuper hidrinum ventronem ſaltat Oachenſ. *Oachenſ, id eſt plictiſiconia.*
Sed domat ipſius pulcherrima virgo furorem,
Quæ virgo fletus majori tempore ſpargit,
Namque parum curant illam qui regna gubernant,
Sæpeque juſtitiæ ſignores terga revoltant.
Scorpius egreditur gelidâ de valle ſuperbus,
Horrendas aperit brancas, còdamque recurvat,
Sternere poltronem diſponit Oriona ſolus,
Suſtentatque duas ſua zampa ſiniſtra bilances,
Inde Sagitarius per frigora rura cavalcat,
Vel cumulat glaciem vel calcibus alligat undas,
Tempora diſponit ſtudioſis grata poetis.
Muſarum quoniam nutrix ſua mater habetur.
Evacuare duas non ceſſat Aquarius urnas,
Perque ſuas undas ſquamoſo tergore Piſces
Guizzant, Zodiacus vaſto ſic terminat orbe.
Dicere terribilem vobis non curo Balenam,
Eridanum ſileo, Leporem, ſed Oriona dicam.

Orionis naſcimentum.

Pindarus albergans olim poverellus in æde
Semiruinatâ, vix quid mangiaret habebat.
Juppiter en ſtraccus, ſudanſque labore viazzi,
Mercuriusque ſuo veniunt habitare caſotto,
Atque fame nimiâ pulſi petiêre merendam.
Pauper homo Divum regi vult tradere paſtum,
Quid fecit? (ſolam vaccam ſua ſtalla tenebat)
Accipit in frezzâ mazzam, ſtallamque ſubintrat,
Diſcopavit eam, mox toltâ pelle dadoſſum,

Illam ficatam ſpeto citò miſit aroſtum,
Ac totam coctam ſuperis areccat inantum.
Dicuntur Divi ſecum riſiſſe parumper,
Attamen hanc totam mangiarunt ventre pieno,
Miſterumque fuit zonâ lentare fiancos.
Qui nimium mangiat, ne creppet, cingula mollat.
Mox cupidi factis, non dictis, ſolvere grates,
Nunc ſcortigatam pellem petière bovinam.
Pauper homazzolus ſcorzam bovis attulit illis,
Et ſecum, dum fert, iſtas movet ore querelas,
Hi ſlovagnones totam glutiêre vedellam,
Num portare volunt etiam ſuper æthera pellem?
Quos utinam poſſit talis vivanda negare.
Juppiter, & natus pellem ſimul ergo tulerunt,
Ac ſotterrarunt proprio piſſamine fœtam.
Poſt menſes plures pauper deſſoterat illam,
Ecce infans natus cœpit vagire ſub illa.
Pindarus attollens oculos ad ſidera, dixit,
Juppiter omnipotens veſtrum ringratio numen
Et bonprofaciat vobis mea vacca duobus.
Sic & ab orina puerum chiamavit Orion,
Quem canis aerium ſeguitat latrando per axem.
Sed quid ego video? preſtum mirate ſodales.

Concluſio.

Hæc vix finierat Cingar, ſcoperta galea
En verſus Baldi navem furibunda venibat,
Aſtrologus Cingar ſubito ceſſavit, oportet
Aſtrologare aliter quam ſtellas cernere noctu.

Explicit Phantaſiæ Decima quarta Macaronicæ.

MAGISTRI ACQUARII
Argumentum in Phantaſiæ Decimam Quintam Macaronicen.

Scribitur horriſono bellum navale tumultu,
  Eſt quoniam fuſtis barca ſalita tribus.
Eſtque galearum Liro càpitanus earum,
  Piratiſque fretum tranſnatat omne ſuis.
Baldus cum ſociis fuſtam ſe buttat in unam,
  Ac ibi corſaros trajicit enſe feros.
Ipſe ſed interea conquiſtat Liro navillum.

Quem

Quem menat, zefiro vela replente viam ;
Baldus at in fuſta cum Cingare, cumque Lonardo
Reſtat, nec remos qui vehat ullus adeſt.
Moſchinum retrovant, noſcunt, vinclisque recu-
Qui fuſtam, ventum dum piat, orza guidat. (prant,
Falchettum videre procul, nat Cingar & ipſi
Tandem ſalſigeras egrediuntur aquas.



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE QVINTADECIMA.

RESTITIT in medio Cingar ſermone, galeam
UT procul aſpexit, monuitque videre ſodales.
NON ſic præcipitat cœlo falchonus ab alto,
Nec ſic vertorius fertur ſcocante baleſtrâ,
Comparatio.
Qualiter illa ruit vento sburlata triremmis.
Falco, & falconus.
Intus piratæ, gens tam perverſa, ribaldi,
Qui renegaverunt Chriſtum, Chriſtique bateſmum.
Sburlata, impulſa.
Vela citò baſſate, gridant, vos reddite nobis,
Altera poſt ipſam baſtarda galea ruebat.
Altera quin etiam ſeguitabat grandior iſtis:

In

In qua vaſtus homo, gentis capitanius urget
Remigeros homines nervum menando bovinum.
Hic ſe per nomen facit appellare Lironum;
Vir fuit in toto nunquam crudelior orbe.
Ferreus aſpectu, ſua barbaque ſanguine colat,
Namque feris ſimilis miſerum mandebat homonem.
Tres veniunt Fuſtæ propter demergere Navem,
Mille pari motu ſubio impelluntur in uno,
Et freta vorticibus retrò ſpumantibus implent.
Baldus ad arma volat, ſfodratum præſtiter enſem
Arripit, imbrazzatque rotam, baſſatque viſeram.
Cingar habet multum pro Baldo quippe ſpaventum,
Non quod ab adverſâ metuat ſit parte necatus,
Sed quia tam durum eſt ſcampare per Æquora mor-
Ipſe Leonardus ſe Baldo firmat apreſſum, (tem.
Stansque parecchiatus ſtoccum tenet, atque broche-
Pedrala. (rum.
Viderat interea diſpoſtos Nauta Barones,
Non timet, immo ratem revolutat contra Galeam,
Stantque ſuper proram Baldus, Cingarque, Lonardus,
Schiavones etiam preſti ſua tela parecchiant,
Implent ſulphureâ ſtrepitoſos pulvere ſchioppos
Martinuloſque rotant curvas flectendo baleſtras.
Pars ratis aſcendit gabiam, pars reſtat abaſſum;
Quadruplicant forzas Baldi meditando vigorem,
Jam venit ecce prior remis impulſa Galea,
Circumcirca fremens girat, ſed Nauta timonem
Praticus advolgit, veluti ſi volgat habenam.
Comparatio.
Vidi Franciſcum de Rua quandoque Mariam,
Cujus in exiguo ſtat corpore maxima virtus,
Villanum Spagnæ leviter manegiare poledrum,
Docta manus ſeu frena tiret, ſeu lenta remittat,
Ille ſtatim † redenæ paret, dominique * volero,
Pirlat, & à teſtâ diſcernit nemo culattas.
Non minus immenſam Barcam citò Nauta manezat
Semper habens zuffum proræ dincontra galeas
En cito ſcioppetti ſcaricantur ab igne trecenti
Milleque laxantur vertones extra noſellas,
Incipiunt pavidas ad nubes ſurgere voces,
Innumeri quoniam primo feriuntur aſaltu.
Saxa volant, groſſique trabes, pix flammea, torres,
Artificioſus focus arma viroſque laceſſit.
Tunc animoſus aper Baldus deſpiccat ab altâ

Liro Lironis, & Lironus Lironi.

Sabius & ſibillus.

Nota quod poeta ſæpe articulum vulgare latinizat, dicimus vulgariter la polvere, la cenere, unde Macaronici dicunt hanc polverem hanc cenerem.

Rua monoſyllabum eſt.

Optimus equus eſt villanus ſpagnæ.

† Redena, eſt corigia freni.

** volero i. e. voluntas.*

Prorâ terribilem ſaltum, ſupràque galeam
Hoſtibus in mediis balzat, ferrumque cruentat,
Cingar eum ſequitur magno targone copertus,
Atque ſamitarram toto conamine vibrat.
Inde Leonardus de ſchenâ ſaltat in altum,
Ac ſuper unius piratæ tergora sbalzat,
Quem feriendo alium ſtocco trabuccat in undas.
Baldus in introitu primo velut impiger heros
Patrono fuſtæ ſe nil pavefactus acoſtat,
Pungentemque rotans ſtocbatam more trivellæ,
Ex una bandâ trippam sbudellat in altram.
Piratæ magnis tunc urlis aſtra tocantes,
In circum Baldo largum fecêre travaium.
At ſolitas Baldus furias in pectora ficcat,
Se totum linquens quo major calca feribat,
Incipit armorum diſquiſtillare piaſtras,
Hi ſubito largam pavidi fecêre piazzam.
Cui ſpezzat ſcutum, cui faldam, cuique celatam,
Cui brazzale terit, ſpallazzos rumpit, & urtat,
Fendit cervellos, nilque elmi, nilque corazzæ
Durant ad Baldum, qui fulgurat enſe cruento.
Teſtas,& buſtos maris ad fundamina mittit.
Et velut in ſiccis conſummit flamma canellis,
Sic predatores Baldus taiat enſe marinos.
Nemo ſuis valet hîc bottis aquirere ſcampum.
Non cœli ſanctis potuiſſet habere riguardum,
Namque ſuum rabies mordebat multa furorem.
Non ſeguitare illum Cingar clamando rafinat
Jamque ſamitarram tepido cum ſanguine roſſam
Ambabus manibus ſtrictam feriendo tenebat,
Non procul exturbans nimiâ pro cæde Lonardus
Æthera, ſanguificat plenum formidine Pontum.
Hîc tres compagni quid ſit ſcrimmare * daſennum
Inſegnant faciuntque habiles ad tela magiſtros,
At Lironus adeſt Baſtardus ſupra galeam,
Portat alabardam, teſtasque ſuperminet omnes,
At navis tergum facit ingirare galeam,
Et menans vaſtis alabardam forcibus uno,
Truncavit medium netto fendente timonem.
Heu quia nochierus jam ſe tenet eſſe peremptum,
Lanzonem jaculat propter paſſare Lironem,
Sed jam ſe manibus navi Lironus ataccat,
Et quamvis jaciant ſchiavones, ligna, quadrellos,
Sulphureas flammas, pegolas, raſamque fogatam,

* *Dateria non ficte.*

Ille

Ille tamen ſuper hanc turbâ ſeguitante ſalivit.
Hic ſe ficcavit fugientes intra ſchiavones,
Quos tomare facit ſine brazzis,ac ſine gambis.
Nocchieri teſtam magnum vibrando roverſum
Unam sbalzavit longe, mihi credite leucam,
Non curat quicquam ſchioppettos, atque baleſtras.

Comparatio.

Fac lector contum ſi quis intrando botegam
Plenam pignatis, boccalis, atque ſcudellis,
Incipit à circum groſſum vibrare tracagnum.
Sic Lironus agit ſcapolantes intra ſchiavones,
Qui mage garlettos vertunt quam cernere zuffam
Lironis, repetantque maris nodando per undas.

Maſelina.

Non erat accortus de caſu Baldus iniquo,
Maxime quod caperet navim pirata Lironus,
Cingar & arditus provas facit enſe galantas,
Atque ſchatenatus tanquam leo rugit, & omnes
Vel penitus mortos, vel truncos, membra roverſat,
Ipſius à facie furibundi quiſque tapinat,
Ac in abandonum potius ſe in gurgite laxant.
Ut faciunt piſces, qui ſaltant extra padellam.

Comparatio.

Aſt aliâ in bandâ Leonardus fluminis inſtar
Quod præceps veniens alta de rupe, marinas
Scindit aquas, aperitque maris cum gurgite fluctum;
Inter evangelii ſe cazzat fervidus hoſtes,
Hic illic taiat, hac illac puntezat & urtat,
Totus mortorum sbroiatur ſanguine boſſat.

Pedrala.

Poſſanzam ſed non baſto cantare Lironis,
In qua parte ſuas dat fruges, ſtigmata parent.
Sanguinolenta ruit, carnes alebarda ſtaiezat,
Confugiunt omnes,ac poſt ſua terga budellas,
Pulmones, milzas, fumantia viſcera linquunt
Nil niſi ſentitur ſtridor, fremitusque morentum,
Horrendæ voces cœlum pietate moventes,
Alter clamabat Chriſtum, ſanctumque Nicolam,
Alter Apollinum, Trivigantem, vel Macomettum.
Non fuit auditus poſtquam ſtant ſydera cœlo,
Tam grandis ſtrepitus, rumor, ſonitusque boazans.
Non habet ulterius gentes quas Baldus amazzet,
Tota galea fuit piratis voda ladronis,
Plusquam bacillus Barberi netta remanſit.

Comina.

Lironus navem jam aquiſtaverat omnem,
O quantum gaudet talem feciſſe guadagnum.
Nec poſuit mentem quod victa galea fuiſſet.
Omnes in Navim Piratas ſcandere mandat,
Et groſſum ponens alium de retrò timonem,
Sgombrat iter pelagi velum gravidante maeſtro
Succedunt aliæ ſemper cantando Galeæ.
Ut cantare ſolent quando victoria gridant.
Cingar id advertit primus, quid, clamitat, heu quid
* Contemplor miſerum nobis? incaute gabamur,
Sæpe guadagnandi nos ingordiſia fallit. *Ingordiſia, aviditas nimia.*
Balde vides? en noſtra Ratis quo preſa menatur,
Baldus ut inſpexit ſignat ſe terque quaterque,
Stat mutus, neſcitque loqui, ſeguitare facultas
Nulla patet, quoniam remique, virique negantur,
Semet ac incœpit Leonardus battere pugnis,
Ah fortuna (inquit) nimis es contraria nobis.
Surripiuntur equi tam fortes, tamque galanti,
Quantum non unquam tellus Turcheſca creavit,
Quos niſi per mundum, cœlum, baratrumque catabo,
Juro Deos omnes mihi me volo tradere mortem,
Hanc quoque panceram nunquam ſpoiabo dadoſſum,
Donec ego retrovem quis equos navimque rapivit *Rapui, & rapivi.*
Aut ammazzabo illum, aut ammazzabor ab illo,
Incagnatus erat Baldus, ſub pectore ſchioppat
Namque ſeguire illos ſe tunc non poſſe videbat.
Non eſt qui menat vacuatam quippe galeam,
Sed citò diſponit ſibi veſtimenta cavare,
Ac omnino ſuam Barcam ſeguitare natando,
Tam grandem juveni Leonardo geſtat amorem,
Quod nihil extimuit dubio ſe tradere Ponto.
Cingar eum tenuit dicendo, quid furis? iſtam
Cede mihi curam, quia ſpero catare cavallos.

Togna.

Dixit at hæc Cingar pro confortare Lonardum.
Attamen interius dubitat, ſenſuque revoltat,
Quem reperire modum poſſint exire galeam
Non illic panem cernunt, mancumque * dabever, **Dabever arabicè dicitur vinum.*
Littora nulla vident, nec barcas, pontus ubique
Undezzat, citiuſque facit ſmaltire magonem.
Cingaris officio Baldus premit, atque Lonardus
Cordoium, ſubito ſperantes illius aſtu
Poſſe cavallorum ladrum recatare ſuorum.

Cin-

Digitized by Google

Cingar per totam vadit rugando galeam,
Si caſu reperire queat mangiabile quicquam,
Ecce virum bellum de ſub ſundamine ſuſtæ
Comperit, à teſta calcagnos uſque ligatum,
Qui lacrymans orat longo de carcere trari,
Confeſtim properat Cingar, miſeratus in illum
Reſpicit, & quondam talem vidiſſe ricordat.
Dic, ait, unde venis vel quo ſis natus in orbe.
Ille tapinus ait, fuimus tres quippe ſodales,
Falchettus, Moſchinus ego, magnuſque Fracaſſus — *Moſchinus.*
Qui ſeptem carichis Turca de gente Maranis
Italiam verſus zefiro guidante nodabant,
Tanta ſed (heu ploro memorans) tempeſta tronavit
Quod per diverſas contradas fracta carina
Pellitur, & ſic tres diſcompagnamur amici.
Aſt ubi regreſſa eſt Phœbo ridente bonazza,
Hæc piratarum nobis fuit obvia claſſis,
Quæ noſtram merſit Navem, gentemque negavit
Meque Caporalem turbæ fecêre preſonem.
Quo tendant alii compagni neſcio, verum
Quam doleo, quod non Baldi vindicta fietur.

Goſa.

Cingar id aſcoltans reticet, tamen illico promit
Extra carnerum martellos atque tenaias,
Inde ſcbatenatis groppis citò liberat illum.

Laudes Baldi.

Advocat hinc Baldum, Baldus venit atque Lonardus
Quid velit ignorant, Moſchinum Cingar ad ipſos
Præſentat clamans, ô laus ô gloria mundi,
O generoſum hominem, qui noſtro ſplendidit ævo,
Ecce tuum nomen quales, ô Balde, ſodales
Traxit, ut æterno merearis tempore dici
Alter Pompejus, Cæſar, vel Troicus Hector,
O piam amicitiam magnumque ô fœdus amoris,
Per mare per terras, per tot diſcrimina rerum
Tantaque fluctiſoni varcare pericula Golfi, — *Golfi maris.*
Nilque lecardiam formidavêre, Charybdis,
Quo te corteſum, quo te ſine fraude vigentem,
Quo te veridicum poſſent reperire ſodalem,
Non in regali tumefactum ſede minantem,
Inter cardineos non dantem jura galeros,
Non in divitiis Crœſi, non Sardanapali
Deliciis, (apud hæc multi retrovantur amici)
Sed magis ut duro vivant in carcere tecum,

Sed magis ut pro te ſtentent, vitamque reſudant,
Ipſe Leonardus mundum luſtravit ubique,
Quo te magnanimum ſaltem cognoſcere poſſet.
Compagnique tui, Moſchinus maxime noſter,
Abſque tuo vultu non vivere poſſe fatentur.
Per montes, valles, freta per longinqua vagantur
Nunquid aquiſtandi cauſa te dante monetam?
Nunquid ut obtineant Papæ, Regumque favorem?
Sed tantum ut te, ut te de preſone cavarent.
Deſgratia * Tempore deſgratiæ veri noſcuntur amici.
triſyllabum eſt. Sors inimica probat, quos fecit amica ſodales.
Robore quid fidei, quid carius, oro, ſodale?
Quid melius mundo eſt? quid plus agradat olympo?
Divitiis, robbis, incago præter amicis.
Carum compagnum mundus comprare nequiret.
* Eſt poltronus homo cui non placet ullus amicus,
Pluſque buſeccarum preciat mangiare cadinum,
Quam reperire virum ſua cui penſiria dicat.
Immo duas ſi forte videt concurrere mentes,
Carpitur invidiâ, ſemetque zelotipus angit,
Turpiter infamat, curatque invertere tantum
Fœdus amicorum naturæ munus honeſtum.
Ecce tuus Moſchinus adeſt, ô Balde, quid illum
Ambiguè guardas? heu tempore tempus adumbrat
Effigiem, memoremque minus diſtantia reddit.

Berta.

Hæc dicens Cingar lachrymarum fonte madeſcit,
Baldus in amplexus Moſchini ſe ſinit ire,
Tune meus Moſchinus? (ait) dulciſſime fili,
Nec parlare valens ulterius, attrahit illum,
Baſat, & ejuſdem lachrimis, lachrimaſque movebat.
Poſt hæc Cingar eum ſtringit, Leonardus abrazzat
Nam cunctis Baldi ſociis vult eſſe fameius.
Tandem ceſſatis lachrymis Moſchinus eiſdem,
Omnia de ammiſſis ſociis narravit ad unguem.
Baldus ait retrovare meos diſpono ſodales,
Sed quis nos iſtam deduxerit extra galeam?
Non ſunt qui remos ducant, qui garbaſa tendant:
Doctus in hanc artem Moſchinus protinus inquit
Ne dubites dum proſper adeſt levanticus Eurus,
Ad totam per trenta ligas nos ibimus orzam,
Ergo ſpiegamus velum, tu Cingare cordam
Hanc tira, Leonarde juva diſtendere velum.
Cingar, e tira tira, dai, dai, tira Cingare, tira

Jam

Jam ſatis eſt, orzam ſcurta, preme Balde timonem,
Huc Leonarde veni, teneas hanc fortiter, horſu,
Ad nomen Chriſti, cordam citò Cingar amolla,
En ſocii qualis nobis fortuna ſecundat,
Quam bene velamen gaiardus gonfiat Eurus,
Sanĉte, precor, nobis eſto Nicolae benignus,
Qui nos ſemper habes curam deffendere nautas,
Aſſaſſina licet ſit barcarola propago,
Et niſi de raptu vivat, blaſphema, boſarda,
Nil tamen attendis hæc manchamenta, ſed omnem
Tollis anegandi ſoſpectum, meque gubernas.
Cingar ait, quid tam ſanĉtum clamare Nicolam
Ut tibi det ventum? potius prega det tibi panem
Namque fameſcenti ſgretolant in ventre budelli,
Magraque jám Baldi facies lanterna videtur.
Nec tua, reſpondet Baldus, graſſedine colat.
Si tamen es Cingar ſanĉtus, dignuſque bruſari,
Qui tripliteſticanum traheret de Acheronte cagnaz-
Antæus. Qui procul Antæum ſuſpenſum matre fogaret,
Qui ſepticapitam luctans extingueret Hydram.
Alceſtes. Qui de Tartareis Alceſtem velleret umbris,
Qui tandem ferret conſtanti vertice mundum
Attamen hunc ſolo ſtravit muliercula ſguardo,
Ac in guarnello fecit filare gazanum.
Tu quaſcunque tuis oculis gaioffe placerent
Seu conſanguineas, ſeu non, ſine jure puellas
Turpabas, faciens aſinaliter omnia ſecum,
Ergo de cœlo tibi poſſis rumpere collum,
Poſtquam ſic nobis crudelia fata miniſtras,
Ætheris ignitus devolvat machina flammas,
Et ſint de nigro montagnæ ſulphure factæ.
Et nubes oleo gravidæ ſolvantur ab Auſtro,
Pegola ſit Pelagus, ſit quælibet inſula charta,
Sint nemora & ſylvæ reſinaque, ceraque, pixque,
Ardeat hinc cœlum, tellus, mare, genſque, Deique.

Poſt-

Poſtquam virtutum ſplendor, mi Balde, negaris,
Poſtquam de mundo te turpiter aſtra tulerunt.

Bravaria Fracaſſi.

Fracaſſus guardans cœlum bravegiando minazzat.
Juro per hunc ſacrum quod porto in fronte bateſmũ,
Perque illum ventrem, qui me sborravit ad orbem,
Tantum cercabo per montes, ſaxa, cavernas,
Per ſylvas, boſcos, per valles, flumina, terras,
Mox diavolorum per tecta, per antra, per amnes
Et ſi conveniet per celſa palatia cœli,
Donec vel vivum, vel mortum tempore longo
Inveniam Baldum, cum quo ſeu vivere ſemper
In cœlum ſtatuo, vel ſub Stygialibus umbris.
Sed prius arripiam Plutonis regna maligni,
Cujus de teſta pavidam ſtreppabo coronam,
Subque meo ſtabit ſceptro diabolica proles,
Mox ait, ò comites, animum deponite mœſtum,
Ut vindicemus Baldum tantummodo reſtat,
Me ſeguitare precor, miranda videbitis Orci.

Pedrala.

Dixerat, & comites ſuper unam ſcandere Fuſtam
Juſſit, & arbitrio reliquas maris ultro relinquunt,
Non procul eſt margo terræ, jam littora tangunt
Egreſſique undas finaliter, æquora longis
Travarcant oculis ſi poſſent cernere quemquam.
Nemo comparet, quia Baldus longius errat.
Fracaſſus rapto carpit baſtone viazum.
Præviat & ſpummas effundit ab ore caninas,
Hircanus ſequitur, licet alto pectore dolam
Sentiat, & Baldi crudelia fata biaſmet.
Malfattus, comiteſque alii poſt terga Fracaſſi
Non ſine ploratu celeres veſtigia flectunt.
Cingar quantillum vult retrò manere, quod Æquor
Corpora littoribus fortaſſis morta butabit,
Centauruſque ſtetit comitatu Cingaris, atque
Falchettus, reliqui (ſic Cingar ſupplicat illis)
Agmine diſcedunt facto, ſociantque Gigantem.
Quiſque ſuam vitam non binas ſtimmat ofellas.
In qua parte via eſt magis aſpera tenditur illuc,
Nil curant ſpinas, nil curant ſaxa, ladrones,
Nil tempeſtates, pluvias, nil frigora, caldum,
Nil Tigres, Apros, nil Serpas, & baſiliſcos,
Omnibus his, quæ ſæpe catant, gaiarditer obſtant
Si retrovant mangiant, ſi non, patientia dicunt.

Ofella, genus pulmenti Mediolani repertum.

Breviter ſine Baldo operæ ſubjecto, poeta tranſit.

Non locus in mundo plus eſt ſylvaticus iſto,
Ad grandis tandem radices montis arivant,
Camozza animal velociſſimum. Quem vix tam rattum poſſent varcare Camozzæ;
Succeduntingens ſcopulis pendentibus Antrum
Non magis ora Lupi ſunt hoc tenebroſica ſpecu.
Cum pede cercat iter vadens Philotheus inantum,
Inſtruit ac ſocios qua debent figere paſſum.
Eſt opus ut gobbo Fracaſſus tergore vadat,
Namque Gigas plures donat per ſaxa zucadas.

Comina.

Muſicolum, muſicam colentem. Sed nil muſicolum recitamus nempe Giubertum,
Quomodo ſcamparit Pelagum caſcante Balenâ
Nam cum Serraſſus mancari ſub pede ſenſit
Tellurem, noſcens incantamenta ribaldæ
Diruta Muſlinæ, piſcem quæ ſola tenebat,
Protinus in ſiccâ Navem ſignavit arenâ,
In qua ſuſcipiens Giubertum, nubila ſcandit,
Octoque cum remis ſpatioſa per æquora vogat.
Poſt longos cœli tractus, poſt mille mearos,
Octo diabolicas mandat deſcendere Nautas,
Nec mora, ficta Ratis vallem ſe callat in atram,
Per quam nulla hominum penitus perſona videtur,
Boſcus ibi longis horrebat Quercubus atrum,
Atque capillatas mittebat in æthera Pinus,
Fraxinus hic Colubris contraria multa vireſcit
Intus glandiferis ſub frondibus ecce cavernam
Proſpicit horrentem Giubertus, protinus adſtat,
Namque ſubintrantem Serraffum tegmina Grottæ,
Sic improviſus timuit ſeguitare parumper.
Serraffus placido vultu ſe girat ad illum,
Cignat & ut ſeguitet nulla formidine motus.
Giubertus paret tacitus, nil cernitur intus.
Providus ignivomum Serraffus ſemper habebat
In taſca ſilicem, leſcas, azzale, ſtopinos,
Ergo repercutiens lapidem ſub verbere ferri,
Scintillare facit, brancatque favilla ſtopinum.
Cerea pizzatur dans latè Torcia lumen,
Cujus ob ardorem quo tendant, cernere poſſunt.
De quibus ulterius nil parlo, namque cerebrum
Perdere me faceret fantaſticatio tanta.

Explicit Decima nona Phantaſia Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII Lodolæ Argumentum. In Vigeſimam Phantaſiæ Macaronicen.

Exit aquam Baldus, Lirono factus amicus,
Hippol amicitiam gaudet habere ſuam. (minant
Tranſcendunt Libiam ſimul, & nigra per antra ca-
Ac ibi compagnos repperiere ſuos.
Occidunt fabrum Maſelinum, poſtea certant
Contra Nocentinam, cunctigenaſque feras.
Se confeſſantur Merlino finibus armis,
Induti pars it Tartara, parſque manet.



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE VIGESIMA.

IBAT arenoſam Cingar preſſando ſpiaggiam,
QUID faciat mundo ſine Baldo cogitat intus.
DULCIS Falchetti vetat hunc præſentia tantum,
Nam ſibi medemo cazzaſſet in inguina ſtoccum,
* At pater omnipotens, animo cui ſemper inhæſit
Cædere longævam, ſapiant quo denique vitam
Gentibus infandis, hominem reſpexit iniquum
Fronte ſerenato qua temperat omnia ſenſu.
Tradere ſtat menti viciis oblivia tandem
Cingaris, & finem tantis imponere furtis,

Ut

Ut paradiſiacâ ſit dignus ab arce teneri.
Is igitur Baldum (potuit nec cernere Baldum)
Vidit abrazzantem Lironem, quique Rubinum
Fluctibus intactum ſervat durante lacerto.
Spezzacadena quidem triplici ſperone ſtigatur
Baldi calcagnis, & acuto calce Lironis,
Et quod plus animum vexat, formidine mortis;
Cingar id aſpiciens, novit, clamatque ſodales,
Centaurus ſubitò ſe gettat in æquoris undas,
Falchettus ſequitur, Baldumque juvare natabant.
Baldus amicitiæ pignus Liroque tenrant,
Hoſtes namque facit fratres commune periclum.
Baldus, ut adjunxit Centaurus, prehende, gridavit
Prende adoleſcentem, moriat ne forte, Rubinum.
Illico Centaurus prendit, voltatque groperas,
Quas ſuper attraxit Baldum, dedit inde Rubinum
Falchetto ſanum quem pars maſtina ferebat.
Proſpicit hæc Cingar ſentitque per oſſa medullas
Deſcollare ſuas, veluti nix Solis ad ignem,
Tantam dolzuram guſtabat mens ſua, quod non
In brentam mellis voluiſſet habere cuamen.

Gemebat, ſed non diſcernebat.
Tres ſperones.
Proverbium Salvanelli.

Goſa.

Denique venêrunt omnes ad littus arenæ.
Fit novus hic guſtus baſorum, fit nova danza,
Quiſque carezzatur, facitur bona chiera Lirono,
Qui ſtatuit Baldum partes ſeguitare per omnes,
Spezzacadena nimis ſtraccatus littore poſſat,
Languiduloque jacens terræ movet ilia flatu.
Non procul Hippol adeſt, qui ſoſpes ab æquore lapſus
Deſmontarat Equum, recubanſq; premebat arenam,
Norat enim Liro fratrem, præcedit, & illum
Admonet ut ſortis velit incagare flagello,
Seque valenthomini compagnum tradere Baldo,
Sum contentus, ait, faciam quæcunque comandas,
Dixit, & ad Baldum brazzis currebat apertis.
Baldus amorevolo vultu citò ſuſcipit illum,
Germanoſque duos lætatur habere ſodales,
Pro quorum forzis, omnem nihil exrimat orbem.
Attamen ben tædet non cernere poſſe Giubertum,
Omnes judicium faciunt hunc eſſe negatum.
In Roccafortæ Baldus ſe arzone piantat,
Lironuſque ſuum non laſſat Spezzacadenam,
Nobilis exultat Pardum manegiare Rubinus,
Hippol Centauri partem montavit equinam.

Incagare, deſpregare.

Cingaris facetia.

Cingar nil curans ſtafferi more pedeſtrat,
Donec Agaſonem, binos qui menat Aſellos
Vidit, & olà, gridans, fecit reſtare bonhomum.
Ut prope Cingar adeſt, quo vadis ruſtice? parla,
Cui reſpondet homo, bala gla chiz foc lea gozca.
Quid Diavol ais? fert Cingar, ſiſte caminum,
Quo ſine me vadis? ſta dico, ſmonta vilane.
Nam velut in legem noſtram præcepta comandant,
Quiſquis habet tunicas binas dare convenit unam,
Sic quis habet binos aſinos dare convenit unum.
Ruſticus exululat, purat ſmontare giumentam,
Non inteſus ait, bla bla cocozina laocriz.
Sic dicens collum brazzis ſtringebat Aſelli,
Compagnia capit tali ſolatia factu.
Cingar ſupra alium ſubitus sbalzavit Aſellum,
Et Monoſinatum retrò liquere vilanum.
Non tunc Romanam voluiſſet habere Chinæam
Cingar, & auritas quas mittit zena Mulettas,
Is portantino paſſu trampinat Aſellus,
Parens foiadas pedibus taiare minutim,
Tich tich, & tich toch reſonat per mille lapillos.
Ponitur in fallum pes nunquam parvulus, & non
Pontigero ſufert coſtas ſperone tocari.
Nam ſubitò calcem laxat, pariterque corezam.
Miraclum, ſi Aſinus calcem traret abſque coreza. *
Ergo inter comites orta eſt non poca voluptas,
Dum ſpronat Cingar, mollat celer ille fiancum,
Et caput in gambas ficcans de retrò levatur,
Unde biſognabat Cingar tommare deorſum,
Atque ſuper littus majores prendere bottas,
Quam ſi de ſella caſcaſſet Spezzacadenæ.

Lingua calmata, quæ interpretatur, vade nec meum præpedias iter.

Purat, pigritat.

Sta, ſta prædator viatorum.

Monoſinatum, cum uno aſino.

Trampinare, caminare.

Coſmographia.

Talibus in feſtis Compagni tempora paſſant,
Donec ad flumen Rabicas venêre profundum,
Quod fluit è vaſtis montagnis nomine zammis,
Ad Mare præcipitans per arabbica climata ruſſum.
Mirigeros Colles aſcendunt calmas, & almas.
Tranſactiſque iſtis calcant regnamina Sabbar,
Donec arivarunt ad Perſi littora Ponti,
Varcarunt flumen Pion, patet Indica tellus,
Ad dextram linquunt Arbum, quod flumen inundat
Contradas Arabum, tres montes inde trapaſſant,
Quorum præcipuus Calabatras altius extat.

Arabbica, interpoſuit b, auctoritate ſua.

Non

Non intrant ſtrictum Tubrii, quem perfluit Indum
Æquor, & ille duos centum per ſtricta mearos
Littora durat, atque donec facit Æquora groſſæ,
Quæ Babilonis agros, & regna Ægiptia guazzant.
Baldus habet voiam Tubrii tranſcendere Golfum,
Quo tam famoſum poſſit Babilona videre,
Maxime quem quondam proles Nembrotta Torazzũ
Fecerat, ut Cœlum aquiſtaret tempore vecchio,
Cingar ait, non ſic quæremus Balde Fracaſſum,
Qui verſus Libiæ partes, Aphricæque caminat.
Cingaris eloquium laudant, Libiamque ſubintrant,
Aſpera poſt humeros deponunt arva ranocchiæ,
Diſcopruntque lacum Merriddæ, ſtagnaque Giblich,
Conſcendunt culmen Gramii, laſſantque Moream,
Paſtores varios retrovant, Armenta, Gregemque,
Tu penſare potes ſi ventrem paſcere nolunt.
Mox in deſertum per giornos quinque cavalcant,
In quo vallis aquæ mortæ fœtebat, & angues,
Aſpides, & colubres generat, tumidoſque dragones,
Iſta travarcatur ſpadarum tellus ajutto,
Denique ſcandentes montem, diſtenditur ecce
Planicies Libici Pelagi, tunc Cingar amicis
Extendens digitum borealia Climata monſtrat.
Illac, dicebat, illac Europa galanta eſt,
Illac Italiæ paradiſus, Græcia, Spagna,
Illac Siciliæ tellus quam circuit Æquor,
Illac Alemagnæ, tum Francæ littora ſedent,
Illac Sardegnæ partes, & Corſica Tellus,
Hæc inter Zephirum, Boreamque Europa repoſſat,
Vera dei cultrix, & Chriſti legis amatrix,
Hoc mare quod vobis oſtendo dividit Afros
Gentibus Europæ, quamvis Europa paranda
Grandezzâ non eſt Aphricæ, ter Aphrica major, *
Sed piperis granum plus eſt quam ſtronzus aſelli. *Notandum.*
Sic dicens callant in vallem, poſtea ſilvas
Per medias paſſant; animalia multa trucidant
Montagnam tandem retrovant, quæ culmen acutum
Ficcat in æthereas nubes, & ſciſta patebat,
Illic horrendam procul inſpexêre Cavernam,
Namque erat obſcuris Montagna buſata latebris.
Falchettus novit veſtigia facta Fracaſſo,
Terribiles quoniam monſtrabat arena pedattas
Omnes gaudenter ſtatuunt ſeguitare Fracaſſum,
Baldus ſmontat Equum pariter Lironus, at ipſe

Manſit equeſter enim, Baldo mandante, Rubinus
Cingar aſinaſter reliquis derderior, inquit,
Qui ſtat retrò, ſeret portam, proverbia dicunt.

Aſinaſter, cavalcans Aſinū. Derderus Bergamaſcis ponitur pro ultimo, hinc derderior.

Berta.

Ibant, ut faciunt orbi, tentando caminum,
Nil mirum ſi dant ſaxis quandoque zucadas.
Ac per inæquales petras cum ſchinchibus urtant,
Nam pes quo guidat corpus ſine lumine neſcit
Qua propter rident, animo portantur alegro.

De Muſica.

Quattuor in voces poſthæc cantare comenzant.
Arripit ut gracili ſopranum voce Rubinus,
Falchetti firmum ſuſcepit bocca Tenorem,
Gorga tridans notulas prorumpit Cingaris Altum
Trat Contrabaſſum extra calcanea Baldus.
Quattuor hi varios pergunt cantando ſonettos.
Gorgula Franceſi frifolat magis alta Rubini.
Deque ſi, ſol, fa, ut, modulando ſurgit ad Ela,
Semicromas, minimaſque canit, pauſatq; pochettum,
Falchettus notulas juſtato pectore ſquadrat.
Suſtinet armonicam relevata voce Camœnam,
Interea pauſas expectat quattuor & ſex,
Dumque tacet, reſonat ternis frifolatio gorgis.
Non minus aure canit Cingar quam voce galantus,
Nunc uſque ad cœlum ſgorgadâ ſurgit in unâ,
Nunc contrabaſſi voces deſcendit ad imas,
Et ſecum terzam falſo bordone ſonorat,
Educit Baldus tremulo de gutture voces,
Et fundans ſimulat cannam velut organa groſſam
Policis exterius nodos trapaſſat in ut, Re.
Plus auſcultantum ſopranus captat orecchias.
Sed tenor eſt vocum rector, vel guida tonorum.
Altus Apollineum carmen depingit & ornat,
Baſſus alit voces, ingraſſat, firmat, & auget.

Sopranus. Tenor. Altus. Baſſus. Gorgula, gulula. Si ſol fa ut, eſt clavis muſices. Canere orecchis decet muſicum.

Parentheſis.

Cantus Italicos, Franceſos, atque Spagnolos
Cantabant, nam ſic facientes tempora paſſant.
Sunt tamen inſani quidam, vel corde ferini,
Haud homines etenim, ſed eos appello boazzos,
Invidiâ morſi præſummunt carpere Divam
Muſicen, angelici recolit quam turma Theatri.
Dicunt Ballordi quod Muſica tempora perdit,
Pluſque Tyranniam preciant, quam voce, ſimulque
Corde Creatorem noſtrum laudare canendo.

Eſt

Eſt inſanus homo dignus baſtone repelli
Ut canis, aut Aſinus, poltronus, beſtia, panem
Qui fruſtra comedit, magis eſt, mihi credite, ſtercus,
Cujus non capiat liquefactum Muſica pectus.,
Muſica continuò verſatur in ore Deorum,
Muſica circumſert concordi cardine cœlos,
Muſica, flante Deo, noſtros compaginat artus.
Cur Antiphonas, vel pſalmos, cantica noſtri
Compoſuêre Patres? cur diva Eccleſia libros
Continet inſcriptos Reſponſis, verſibus, hymnis,
Kyrieleyſonis, Introitibus, ac Aleluis?
Ite genus pecudum, Pacchiones, ite canaia, *Pacchiones,*
Vos quicunque putri laceratis Muſicen ore. *mandones.*

Prophetia.

O ventura bonis felicia ſecla diebus,
Florida monſtrabit cum Muſica ſacra Leonis *Leo Papa.*
Sub ſpe Pontificis quantum ſit grata Tonanti;
Naſcere Phœbei decus, ô Joſquine, ſenatus, *Joſquinus.*
Naſcere qui primos in hac arte merebis honores.
O felix Bido, Carpentras, Silvaque, Broier,
Voſque Leoninæ cantorum ſquadra capellæ,
Joſquini quoniam cantus frivolabitis illos,
Quos Deus auſcultans cœlum monſtrabit apertum.
Miſſa ſuper voces Muſorum, laſſaque fami, *Nomina cantuum.*
Miſſa ſuper ſextum, Fortunam, miſſaque muſquæ,
Miſſaque de Domina, ſine nomine, Duxque Feraræ
Partibus in ſenis cantabitur illa Beata,
Huc me ſidereo, ſe conge, Præter, & illud
Compoſitum Miſerere Duca rogitante Feraræ,
Naſcere Phœbeæ laus ergo prima cohortis,
O Joſquine, Deo gratiſſime, naſcere mundo
Compoſiture diu; quem clamet Muſica patrem,
Magnus adorabit tua tunc veſtigia Brumel,
Jannus motonus, Petrus de robore Feſta,
Conſtans, Joſquinus qui ſæpe putabitur eſſe.
Tuque pater Franchine novas componere normas
Incipe, & antiquas remove ſquallore ſepultas.

Maſelino.

Ceſſarant Comites Muſam, nam Cingaris aſnus *Syncopa.*
In medio cantu cœpit ragiare canendo,
Nam voluit monſtrare, Deum quod ſpiritus omnis
Laudat, quiſque ſuam vocem tenet eſſe miorem.
Ne tamen hæc frangat ſociis ragiatio teſtam,
Colligat ad caudam giaronem Cingar Aſelli.

Donec

Donec eam tulerit petram, non rudit Aſellus.
Interea dirum ſtrepitum ſentire comenzant,
Auditis? Falchettus ait, tunc quiſque tacendo
Reſtitit, ac longis ſonitum capit auribus illum.
Cingar ait; ſeguita quo te Falchette caminus
Streper, & ſtrepitus. Drizzat, & invenies quænam ſit cauſa ſtreporis;
Falchettus paret, taſtando pericula ſemper,
Et quem Cingar ait curat ſeguitare viazzum,
Nam quandoque vias reperit velut ypſilon eſſe.
Quo magis apropiant, ſonitus magis ille rebombat,
Et jam vix alter parlans auditur ab altro,
Namque rebombatus ſurdas offuſcat orecchias
Horreſcunt omnes quamvis ſint corde gaiardo,
Deveniſſe putant certè Plutonis ad arva.

Pedrala.

Non procul antemeant alii duo tracta baleſtræ.
Scilicet ut reliquis ſociis inſemma Fracaſſus.
Qui teſtam ruptam banda portabat ab omni
Eſt mala grandilitas, præter ſe paſcere ficis.
En ſentit poſt ſe jam calpiſtrare cavallos,
Quod ſit hoc ignorat, gridat, ô, reſtate ſodales
Audio cum ferris contundere ſaxa cavallos.
Vociferabatur toto conamine Cingar,
O, ô, Fracaſſe, ô, ô, Hircane, ô, ô Malaſpina,
Malfattus lætus dixit, vox Cingaris illa eſt,
Expectemus eum, nunc omnes firmiter extant.
En cito venêrunt, nec ſe diſcernere poſſunt,
Fracaſſus voluit cum brazzis ſtringere Baldum,
Sed tulit in ſaxo magnum cum fronte garofol.
Tum quoque Boccalus Baldum toccare volebat,
Sed quaſi cum digito palpante cavavit ocellum.
Cingar ait, properate ultra, videamus abiſſum.
Rurſum Falchettus præcedit guida caminum.
Denique per quandam fiſſuram ſplendulus ignis
Apparet, modicoque viam dat lumine claram.
Huc Baldus celerans alios reſtare comandat.
**Gulfora iſta erat maxima incantatrix, quæ ſe adorare faciebat, & alium mundum ſub terra fabricaverat.* Elevat hinc oculos, quantum lux parvula monſtrat
Ecce videt portam, quæ tota eſt facta metallo,
Inque caput portæ ſtetit hoc Epigramma notatum.

Diſtichon.

Hæc eſt, Vulcano quondam fabricata, foſina,
Quam mihi donavit Maſelino * Gulfora fabro.

Pedrala.

Hoc lecto ſocios cum dextra cignat adire,

Ad

At quos tale brevum, digito monſtrante, paleſat
Quiſque legit, placet ire intus, Fracaſſus in illam
Ter pede chioccavit portam, ſed tanta ruina
Eſt martellantum, quod nil ſentitur ab intro.
Impatiens Fracaſſus eam vix tergore crollat,
Quam cadenazzis ſpezzatis fecit apertam.
Conticuere omnes martelli ferra domantes.
Nec ſonat ulterius tich toch incudo ſub illis.
Sunt ibi Ferrari centum, ſed mille gaioffi
Tergore carbones geſtant, aut mantice ſtigant,
In pede ſurrexit quidam graſſazzus, inerſque,
Ac inflatus homo, nec homo, ſed butta vocandus;
Is Maſelinus erat Dominus, primuſque boteghæ, *Maſelinus.*
Introit en Baldus cœtu ſeguitante bravoſus,
Ut ſtanzas intrant ſoldati tempore guerræ,
Cui Maſelinus ait, nimis ô compagne ſuperbis, *Comparatio.*
Præſummiſque meam ſic ſic intrare botegam,
Baldus reſpondet, feſtina, trade probatam
Armaturam aliquam, quia nos comprabimus illam.
Sic dicendo rugans buttat ſotoſora ſoſinam, *Rugans quærens diligenter.*
Aſt iterum fabri nudato corpore menant
Martellos ſupra candentia ferra chiocantes,
Et rutilas faciunt paſſim radiare favillas,
Pars cum manticibus, pars cum carbone fogato
Abraſant Calibum venti ſoſiamine ferrum.
Pars limat Galeas, criſtas atque Celatas,
Intexitque ſimul pars inchiodando piaſtras.
Hi fabricant ferros, pro ramponare cavallos,
Hi bruniunt fibias, ſtaffas, ſperoneſque Moraias;
Dumque laboratur Maſelinus præſidet illis,
Dat quibus interdum multas baſtone deratas:
Sunt omnes nigri ruginoſi malpetenati,
Nec Maſelinus eis laſſat mancare Bocalum,
Nam malè ferrari martellant absque Bocalo.
Dum res ſic agitur, vaduntque ſtupendo ſodales
Ecce ſuum Baldus ſentit nitrire Cavallum.
Lironuſque ſuum, quos nunc de fora ligarant.
Cingaris aſt Aſinus bis ſeptem protulit, a, a, *Quatuordecim pontadis Aſinus cantat, Valla quintam decimam jungit.*
Quid ſit hoc ignorant, cauſam prænoſcere currunt;
Spezzacadena magis nitrit, raſpatque terrenum.
Roccaforta minax rugitibus antra laceſſit,
Calcibus & duris Pardus nigra ſaxa retridat
Vult ſaltare foras Baldus denantior altris,
Sed pede vix poſito ſuper ærea limina portæ,

Ma-

Maximus hunc ſpingit ventus, drentumque reba'zat.
Obſtupuere omnes, iterum vult bravus apertas
Transvarcare fores, at ventus fortior urtat,
Quem ſimul & ſocios alios, ſotoſora butavit.
Ter ſic tentavit, ter ſic indreto tomavit.

Comina.

His. Maſelinus ait, grandis diſgratia veſtra eſt,
O sfortunati, vos nempe morire biſognat,
Sic ſic auſi eſtis ſecreta ſubire Deorum?
Nec formidaſtis grottas intrare per iſtas?
Non hic mortales fas eſt calcare pedattas,
Ni Dea paſſagium concedat Gulfora vobis,
Fracaſſus dixit qui Dii? quæ Gulfora? quod fas?
Eſt Deus in cœlo quo ſplendor, luxque niteſcit.
Namque Deus lux eſt, ſed vos reor eſſe Diablos,
Per tenebras quoniam ſub terra ſtare Diablos
Vult Deus, ac illi ſanctum uſurpatis honorem.
Juro quidem quod non diſcedam partibus iſtis,
Quod retrovabo viam per quam deſcenditur Orco,
Luciferumque tuum patrem, fratreſque diablos
Diſcornare volo.
Da poltrone meis compagnis arma, quid hircis
Me ſpectas oculis? da nobis preſtiter arma.
Et ſic dicendo calcem menavit ad illum,
Quem ſmagazzavit tortelli more tenelli,
Merdaque corporeis de cunctis partibus exit,
Aſt alius terrere putans cum zanzibus illos,
Preſto inquit, famuli quid ſtatis? prendite tela,
Audaces homines ſcazzabimus extra Botegam,
Egredere ô triſtis noſtram poltrone ſoſinam,
Ac ea dum parlat martellum corripit unum,
Et martelladam dat Baldi ſupra cerebrum,
Cumque omnes fabri cœptam videre baruffam
Expediunt ſubitò martellos atque tenaias,
Ardentes limas, laſtras, ferrumque fogatum,
Cum quibus aſſaltant multo sbraiore Barones,
Baldus ridebat, nec sfodro ducere ſpadam
Dignatur quamvis neſpol tentaverat unum,
Sed primus, Boccalus eos feſtinus aſaltat,
Namque diu nuper nudos miraverat illos,
Jam Philotheus erat bandâ ſtipatus ab omni,
Sed cum martello sfiacabat terga, galones,
Hircanus vadit multas filzando budellas,
Lironusque tenet ſpadaſſam ſanguine plenam.

Nemo

Nemo contra illum præſummit carpere gattam.
In pauco ſpacio puncti moriere gazani,
Omnes ſunt nudi, ceu freſca povina taiantur,
Nec per miraculum vivus tunc reſtitit unus.
Spezzacadena intrat fractam linquendo cavezzam,
Et ſe cum Pardo cantonem traxit in unum,
Roccaforta tamen ſentitur calcibus extra
Dirroccare petras, naſoque nitrire boſanti
Tunc Fracaſſus Equis cupiens ſuccurrere portam
Vult exire, tamen nil prodeſt, ventus in illum
Irruit immenſus, quem non ſinit ire deforas.
Baldus ait, certè guaſtabitur ille Cavallus,
Reſpondet Cingar, ſi ſic Fortuna repugnat,
Quid nobis ultra cercamus rumpere teſtam?
Quæramus primum ſi quæ mangianda catamus,
Sic dicens ſotoſora domum ſubvertere cœpit,
Hircanus ponens Carbonem, ſuſcitat ignes
Manticibus, rubeaſque facit dare lumina braſas.
Lironus retrovat vivo de marmore ſaxum,
Quod removet, ſperatque locum accataſſe ſecretum,
Ecce repente ſonus fit talis, qualis ad aures
Mortales nunquam venit, quo quiſque balordus
Corruit, atque crucis fronti ſignacula fecit.
Attamen id ſaxum fortis Lironus abrazzat,
Mox levat, atque jacit per portas extra Foſinam.
Ecce Draco magnus ſquamoſo pectore dira
Sibila ſpirando, flammaſque vomendo fogatas
Ingreditur portam, curritque ferire Lironem,
Nam ſibi diſplicuit quod ſaxum moverat illud.
Sed tres accenſi colubrem ſequivêre Cavalli,
Calcibus hunc vaſtis jam Roccaforta domabat,
Morſibus at rabidis lacerabat Spezzacadena.
Non Draco deffendit ſe fortes contra cavallos,
Immo venenoſo quærit cum dente Lironem
Sternere qui validus rutilo deffenditur enſe,
Baldus & Hircanus ſocio ſuccurrere vadunt,
Sed focus interea morzatur, neſcio cui, *Carmen truncatum.*
Quo penitus tenebræ totum rapuêre luſorem,
Et nihil omnino poſſunt guardare viciſſim.
Baldus clamabat, nihil eya timete ſodales,
Noſtra fides Chriſti magicas nihil æſtimat artes,
Guido pater (ſcitis) monuit nos eſſe gaiardos
Incantatorum contra miracla malorum,
Sed precor in tantum, quia ſic ſine luce manemus

Non quiſquam feriat, mutuo ne vulnera dentur.
Iſta cavallorum ſint prælia contra Dragonem.

Certamen inter Equos & Draconem.

Mox animat fortes altâ cum voce cavallos.
Qui nunc mordendo, nunc calcitrando Colubrem
Tampellant, quamvis certent ſolummodo naſo,
Quod nihil ob nimias tenebras diſcernere poſſunt.
Spezzacadena tenet per collum ſtrictiter anguem
Dentibus, at Pardus trat calzos ſæpe rotando,
Roccaforta ſuper limen ſtans calcibus urget
Ne fugiat, piſtatque illum, ſi exire volebat.
Ille vomitabat nigrum de fauce venenum,
Sibilat, & tumido cum pectore girat ubique
Attentis ſtabant quiſquam compagnus orecchis,
Interdumque ſuas per gambas ire Dragonem
Sentibant, Fracaſſus eum ſed calce repellit,
Qui facit horrendum per concava ſaxa tremorem
Pardus eum tendit pedibus ſmiccare feratis,
Dum per colla tenet bene ſtricta Spezzacadena.
Sed de continuo putridum vomit ille fiatum,
Coguntur ſocij naſum ſtoppare, nec oybo
Dicere tempus habent, tantum dat fœtor odorem.
Non potuit morſu plus Spezza tenere Cadena,
Ille viam fugitat, ſeguitant mugiando Cavalli,
Alter cum pedibus chioccat, cum morſibus alter
Ille fatigatus ſentit mancare fiatum,
Cum baſſis alis per cœcum circuit antrum:
Fracaſſus dirum menaſſet ſæpe tracagnum,
Sed metuebat Equos talem tentare deratam.
Pardus habens animum furioſum contra colubrem,
Dum laxat calcem, percuſſo Cingare, fallat:
Procidit ad terram Cingar, Pardusque retornat,
Boccaloque ſuper ſpallas ſaltavit adoſſum.
Heu Boccalus ait, ſuccurrite, namque butavit
Me ſotoſora Draco, penſo ſit nempe Diavol.
Reſpondet Cingar, patientia cara brigata,
Me quoque percuſſit, fecitque tomare ſtravoltum;
Hircanus ridet, tu rides? Cingar aiebat,
Non mihi ſgregnandi voia eſt, mea ſchena provavit;
Talia ſed mutuo dum Barſonîa motezat,
Exiit ecce Draco multo ſudore foſinam,
Namque ſigillabat cum calcibus hunc Rocaforta.
Ille cavernoſas vadit ſtridendo per Alpes.
Ecce citò portæ de bronzo ſponte ferantur,

Certabant naſo, non videntes quærebant more Sanſi.

Sed

Sed pede Fracaſſus Vaſconum more cucurrit,
Sbattivitque ſolo ſcarpato cardine poſtes,
Me ſeguitate, gridat, quo nobis quæſo codardis
Forcia ſmarita eſt? ubi noſtra prodezza diavoli?
Tum crucis impoſito ſigno ruit extra botegam,
Hunc reculare nihil fecit tunc forcia venti.
Imbrazzant omnes ſcutos, brandosque filatos,
Tum ſaltant, ſcorſam piliantes extra foſſuam,
Et ſectantur Equi drizzatis auribus illos.
Mortifer ille Draco tenebroſa per Antra vagatur,
Tombarumque cavas ciſilis ingentibus explet,
Ad cujus ſtridos comites veſtigia drizzant,
Quem ammazzare volunt ſi debent perdere vitam.

Maſelina.

Sed novus en facitur rumor, tantusque bagordus,
Quod credunt non eſſe niſi ter mille diavoli,
Vox confuſa procul loca per ſcuriſſima tombat,
Quæ venit anterior ſenſim, creſcitque per auras.
Eſt genus omne avium, pecudum, genus omne ferarum.
Quiſque ſuam vocem facit, ut natura miniſtrat.
Nam Leo rugitum mittit, Lupus ac ululatum.
Bos boat, & nitreſcit equus, Gallusque cucullat,
Sgnavolat & Gattus, baiat Canis; Urſus adrat,
Raucagat Oca, rudit Mullus, ſed raggiat Aſellus;
Denique quodque animal propriâ cum voce gridabat.
Hic pariter celerant incautos contra guereros
Ac ſua cum rabidis afferrant morſibus arma,
Si manegiare volunt ſpadas, eſt grande periclum,
Ne ſibi medemis mortalia vulnera figant.
Quiſque ſuum corpus ſentit morderier, atque
Per tenebras ullam neſcit comprendere coſam,
Longa cavernarum via nigris plena latebris
Tomboat iſtarum vario gridore ferarum.

Verba tam propria non invenies apud Priſcianum vel Calepinum.

Tomboat, fictitium verbum.

Comina.

Fantaſticarat multo jam tempore Cingar,
Quem reperire modum poſſet dare lumen amicis.
Invenit aſcortus fozam finaliter unam.
Incipit aſſiduè cum brando tundere petras,
Hic fino tempratus erat (quia lamma ſpagnola eſt,)
Azzalo, durus quem ſæpe incudo probarat.
Ergo repercuſſis ſilicinis undique ſaxis,
Per cœcam tombam rutilas facit ire favillas.
Tunc exhortati parvo pro Cingaris igne,
Laudant in tepidum ſe ſtrappozzare cruorem,

Laudant, commendant.

Jam claris oculis animalia tota capeſcunt,
In medium quorum Baldus ſe primiter offert,
Et nudo brando carnem ſmembrare comenzat.
Hunc ſcannat Taurum, ferit Urſum, ſnembolat A-(prum,
Hunc sbudellat Equum, facit hunc ſpirare Leonem.
Illicò Fracaſſus terræ baſtone repulſo,
Per medium armenti ruit ut Lupus inter Agnellos,
Suffocat & manibus diros per colla Dragones.
Atque venenifluos tantum necat unguibus Angues
Cum pedibus manibusque ſimul, cum dentibus atque
Squarzat, & in calido sbroiatur ſanguine totus.
Vinmazzus Juveni Philotheo junctus apreſſum.
Contra duos Tauros magnam ſumpsêre baruffam,
Cingar crebrificat nitidas generare favillas,
Sed Draco prædictus vexabat morſibus illum,
Ne ſic ut ſpadâ faceret ſplendeſcere petras.
Hircanus raptim Leoniſſam deſerit unam,
Serpentemque illum (Cingar clamabat) aſaltat,
Sed tamen Hircani Cingar tunc fata veretur,
Centaurum vocitat, Centaurus protinus ivit,
Hircanus jaciens ſpadam ſaltavit adoſſum
Serpenti, ſtrictumque tenens per colla cavalcat.
Ille viam currens Hircanum tergore geſtat,
Falchettus cernens ſequitur: quò, Hircane, gridabat
Quò te, Hircane, Draco menat? deſmonta miſelle.
Hircanus longas per grottas fertur ab Angue,
Quem cum pugnadis ſemper ferit inter orecchias
En illuc ſubitò velox Falchettus arivat.
Hircanus poſt ſe Falchettum ſentit habere,
Per quem ſecurus ſtrinxit tam fortiter Anguem,
Quod ruit ille cadens terræ, perditque fiatum.
Per dextram zaffavit eum Falchettus orecchiam,
Quem ſtraſſinando ſtridentem retrò tirabat,
Hircanus ſemper ſpronabat more cavalli,
Cumque feris pugnis teſtam groppamque marazzat.
Ille per horriſonas alpes repetando boabat,
Nec, quo menat eum Falchettus, ire volebat.
Hunc magis Hircanus ſperonans calcibus urget
Se tirat ille retrò, nec vadere curat inantum.

Comparatio.

Non aliter cum vacca facit guidata Becaro,
Sorellas vaccas. Maxime quando videt ſquartatas longe ſorellas,
Inque cruentatis pendentia fruſta cavechis,

Et

Et cum ſanguificâ ſguarnazzâ ſtare Becarum.
Cingar huc adveniens totum dentaverat Enſem
Non tamen è ſaxis flammas excudere ceſſat.
Jam Draco ſe noſcit ſpazzatum, protinus altram
Ecce capit ſpeciem, quoniam (mirabile dictu)
Quæ nunc anguis erat facta eſt formoſa puella:
Hircanus cecidit. Draco dum mutatur, arenæ,
Falchettus ſtupuit, cuncti mirantur in illam,
A capite ad plantas indutam veſtibus albis,
Quæ manibus librum cicigando tenebat apertum,
Seque latens trepidat ne ſit compreſa Baronis.
Corripit in ſoccam Falchettus preſtiter illam,
Sed ſcapat è manibus veſtis, Falchettus oſello
Plus levis hanc iterum per trezzas illico griffat,
Cui ſimul è manibus ſcarpat cogendo librettum.
Mirabunda nimis tunc res apparuit illis,
Vix Falchettus eam raperat, librumque ſerarat,
En pecus omne fugit multo sbraiore debottum.
Illa ribalda gridans planctum ſpargebat amarum.
Falchettumque orat tales dicendo luſingas.
Ah Falchette. patis ſic me tractare puellam?
Meque tapinellam Dammam ſic lædere ſuffers?
Ipſa ego non curans hominum conſortia Nympha:
Palladis has habito grottas, ſervoque pudorem.
Deh miſerere mei, dulcis Falchette, nec iſtud
Dignum laude quidem fuerit per ſecla futura.
Nam te sbeffabunt dicentes, ô decus, ô laus
Barronem validum gracilem occidiſſe putinam,
Quid de me facies? en ſum muliercula, cernis?
Ergo velis quæſo toltum mihi reddere librum,
Meque ſinas andare precor nitidiſſime Barro.

Berta.

Et ſic Falchettum vulpinâ fraude carezzat.
Mox ſub barbozzo ſquaquarinum fecit ad illum.
Venerat hic Baldus, Cingar reliquique Barones,
Et mirabantur quantum ſit bella puella.
Alter dicebat ſcelus eſt offendere Nimpham,
Alter ait, non ſic nam vel ſtria. vel maga putta eſt:
Tum Falchettus eam dum pro pietate moveſtus
Linquere diſponit, lumen procul ecce videtur.
Voxque ſonora tonat dicendo, prendite rurſum,
Prendite Barones fœdam, lordamque putanam,
Nam totus mundus ſit deſertatus ab ipſa.
Lironus repiat ſubitò per colla puellam,

Cicigando ſuſurrando.

Puella blanditia.

Squaquarinum, eſt actus cum duobus digitis toccas barbozzum alterius, poeta Godianus. Temnite fœmineos ſquaquarinos, temnite baſos.

Putta eſt illa, cui ſi addis na, ſuum ſignificatum habet.

Namque manum flentis Falchetti evaſerat illa.
Ergo tenet, donec Vecchius barbatus arivat,
Splendidus, & parens animâ ſuperare Catonem.
Ut fuit agiontus lætâ cum fronte ſalutat
Guerreros, illi reſalutant valde ſtupentes.
Mox Falchettum orat magicum ſibi tradere librum:
Illa gridat ne des, ne des, Falchette quadernum,
Iſte malus Vecchius vos inganare peroptat.
Cui vir ſanctus ait, taceas miſerabilis alma,
Jam jam tempus adeſt, quo debes reddere contum
De tantis animis pro te ſub tartara miſſis.
Inde ait, à domino ſic ſic datur omnipotenti,
O dulces fratres, ut vos de ſemine Chriſti
Huc veniſſetis magicam deſtruzzere legem.
Dic meretrix, quænam es? dicis te Pallados eſſe,
Brutta putana, Deæ famulam? tu mœcha pudorem
Servas? ô quantum paſſa eſt te ſumma poteſtas.
Sed dare nunc pœnas te condecet, ejice librum,
Ejice mi Falchette librum, tunc protinus illum
Falchettus terræ, Baldo mandante, gietavit.
Extemplò magnus fit Terræmottus ubique
Turba diavolorum properat, zaffatque ribaldam.
Quæ meſchina gridans dum portabatur aiebat,
Nocentina fertur à diabolis. Nocentina vocor magicis tam dedita chartis,
Decepique meâ juvenem cum fraude Folengum,
Jam valeat mundus, mea ſint habitatio vermes
Tartara, Serpentes, ignis, lachrymoſaque vallis,
Et ſic plorando fertur cum corpore ad Orcum.

Comina.

Stabat quiſque tacens, ſonumque videre videtur,
Sed ridens vecchius, me jam ſeguitate, comandat,
Ergò poſt illum vadunt parlando nientum,
Roccaforta ſuos ſequitur, Parduſque patrones,
Spezzacadena etiam, ſquarzatis unlique ſellis.

Pedrala.

Poſtquam Vulcani pariter venere Botegam,
Merlini ſermo. Alloquitur vecchius. Benè jam veniatis Amici,
Sunt anni centum quod vos expecto per iſtas
Speluncas, hoc celſa mihi providentia tempus
Conceſſit, donec te poſſem Balde videre.
Qui perges (ſi vera docent me ſidera) totas
Per Baratri portas, terræque ſecreta videbis.
Unde tuam vitam, nec non cantare prodezzas
Decrevi, ſi tanta mihi donabitur ætas,

Quod

Quod cum compagnis præſentibus inde retornas.
Nomine Merlinus dicor, de ſanguine Mantus,
Eſt mihi cognomen Cocaius Maccaronenſis,
Vos pater omnipotens junxit, tutoſque reduxit,
Reſtat adimplatis animo ſua juſſa fideli,
Qui vos elegit propter luſtrare Maſones
Inferni, ſtygiaſque mihi narrare facendas.
Conveniet (fateor) grandes paſſare fadigas,
Quod deſperati vitæ quandoque ſaritis,
Gratia cœleſtis vobiſcum ſemper habetur,
Undique deffendet, nec vos mortalia poſſunt
Lædere, ſi dominus cœli præbebit aiuttum.
Sed tamen, ô ſocii vos confeſſare biſognat
Quæ commiſiſtis per veſtræ tempora vitæ.
Nec confeſſandi quæſo vergogna ſit ulla,
Nam grandem meritum talis vergogna miniſtrat.

Iſte Merlinus, eſt præſens poeta, & auctor hujus voluminis.

Saritis pro eritis.

* *Notandum.*

Togna.

Cingar id aſcoltans ſtringit ſe in tergore totum
Nam res difficilis ſe confeſſare videtur.
Baldus ait, placuit nobis parlatio veſtra,
Nos Merline pater tibi confeſſabimus omnes.
Nunc ego ſtelliferi pietatem noſco Tonantis,
Qui non advertens quantum peccavimus illi
Nos elegit enim Baratri pro cernere Tombas.
Et ſic promitto per ſanctos illius omnes,
Fortes in bello ſemper nos eſſe probabit.
Eya igitur ſocii, mentem brancate gaiardam.
Quiſque ſibi revocans peccamina quanta gravavit,
Confeſſet, purgetque animam, ſuperetque diablum.

Togna.

Tunc omnes, flexis genibus, loca ſingula carpunt
Quo melius poſſunt fantaſticare comenzant,
Suſpirat Cingar, neſcit qua parte rapinas,
Furta, ſacrilegium, ludos narrare comenzet
Dum penſare ſtudet, ſcelerum confuſio ſurgit,
Quæ tot ſunt equidem numero, quot ſydera cœli;
Deventat mattus dum crimina tanta repenſat,
Dumque malum putat hîc, ſubito dimenticat illic.

Confeſſio.

Baldus erat primus, qui confeſſare volebat, *Baldus.*
Ergo genu flexo devotus crimina dixit,
Poſt quem Falchettus lachrimis confeſſat amaris, *Falchettus.*
Cingaris errando, ſed non robbando ſodalis.
Hircanus ſequitur, purus ſincerus & agnus. *Hircanus.*

Crimina Fracaſſo multum ſed parva catavit,
Vinmazzus. Namque bonus certe ſemper fuit ille polaſtrus,
Hippol. Sat Centaurus erat caricus, corſarus & Hippol,
Moſchinus. Omnia confeſſat plorans Moſchinus ad unguem,
Philotheus. Preſto ſatisfecit Philotheus, namque columba eſt,
Rubinus. Non feciſſe bonum ſcelus eſt plus grande Rubini,
Malfattus. Optime Malfattus recti confeſſat amator,
Malaſpina. Succedit Malaſpina, ſatis quod dicat habebat.
Boccalus. Confeſſor ridet ſe confeſſante Bocalo,
Una dies volvit pro confeſſare Lironem,
Corſarus ſemper quoniam fuit, atque Ladronus.

Cingaris Confeſſio.

Sed poſtquam Cocaius eos audire calavit.
Cingar. Reſtat & ut Cingar mundus puriſſimus agnus
Confeſſat, flexis ergo devotè zenochis
Inprimis neſcit crucifixi adducere ſignum,
Vel formare crucem dicens in nomine Patris,
Poſtea principium nimiâ formidine nullum
Scit dare, nec medium, nec finem, namque biſognat
A teneris annis dicat ſua crimina quæque,
Sentit eum quod magna trahit ſuſpiria Baldus,
Et cicigando ſuis ſociis parlabat in unum
Cantonem ridens, em, em, ſtat freſchus, & illi
Ridebant, quoniam ſat norant Cingaris acta,
Dum confeſſatur ſua frons ſudore bagnatur,
Nunquam tam grandem dixit feciſſe fadigam:
Jamque dies unus paſſat, confeſſio mezza eſt,
Itur dormitum, nox tranſit, Cingar in ipſa
Nunquam dormivit noctu, ſed Solis in ortu
Surrexit, tornat, confeſſus veſpere manſit,
Cui datur (ut potuit credi) pœnitentia grandis.
Omnia promittit Cingar, ſi attendit ad iſta
Sat faciet, quamvis normam ſervare ſolebat,
Promitto non ſtat pro attendere. Attendo nunquam ſibi pro promittere ſtabat.
Immo promitto ſtabat pro attendere nunquam.
Abſolvit Cocaius eum, mox illico ſurgit,
Eya agite, clamat, Barrones quæ mora vobis?
Non eſt tardandum, pretioſum tempus habetis.
Vos eſtis netti, mundi, perfectè lavati.
Quidve opus ulterius? tantum peccare cavete,
Notandum. Nam cum peccatis, tunc mens divina recedit.
Solus ego nolo ſpecu reſtare ſub ipſo,
Sed pars ex vobis ſtygias deſcendat in oras,
Pars mecum maneat, ſic ſic jubet alta poteſtas.

Digitized by Google

Comina.

Obmutuêre omnes, cernentes ſeque viciſſim,
Ignorant quales Baldus velit illic Amicos
Vivere, nemo quidem curat reſtare dedretum
Ergo butare parant ſortem, mandante Cocaio,
Quales cum Baldo Plutonis ad atria vadant.

Sors.

Exiit Hircanus primus, qui ſaltat alegrus,
Nam cupit inferni curioſus cernere ſtanzas.
Poſt quem Falchettus, poſt quem fortiſſimus Hippol.
Centaurus ſequitur, dubioſus & ipſe Lironus.
Inde Fracaſſus adeſt, mox ultimus ipſe Rubinus.
Malfattus, Cingar, Malaſpinaque ſtare jubentur
Moſchinuſque manet, Boccalus, & ipſe Cocaius.

Laus Cingaris.

Ingemuit Baldus dicens, ſine Cingare nunquid
Ire feram? nunquid ſine Cingare vivere poſſum?
Quicquid enim facio ſine Cingare, folla videtur.
Quicquid enim meditor ſine Cingare, debilis aura eſt:
Compagnia quidem noſtra eſt ſine Cingare guaſta,
Et ſic dum Baldus loquitur plorabat amarè.

Tegna.

Quando ſuum Baldum flentem vidêre Barones,
Inteneraverunt præcordia pro pietate,
Et facere incipiunt pro Cingare quiſque regattam,
Ergo conſilio Merlini ſtare Rubinum
Eſt opus, atque fuit Baldus contentus in hac re,
Dummodo ſtare velit ſecum Philotheus Achates.
Sed tantas fecit madalenas ipſe Boccalus,
Et tantum brazzis Baldum exoravit apertis,
Quod fuit andandi ſibi larga licentia ſecum.
Merlinus poſt hæc ſermonem fecit ad illos,
Quod pars quæ reſtat nimium contenta remanſit,
Et pars quæ vadit nimium contenta receſſit.
Ducere deſtreros ſecum nil quippe biſognum eſt
Quos ad ſervitium reſtantum Baldus arengat.

Arengat id eſt obirgat.

Merlinus ſe detegit.

Tunc ego biſcoctos panes, carnemque ſalatam
Appoſui menſis dixique, ſedete Barones,
Poſt Epulas illos feci conſurgere, qui me
Sectantes intrat Maſelini tecta jacentis.
Hisque loquens dico, Petrâ cercate ſub iſtâ,
Venturam quia non modicam retrovabitis illic;
Centaurus voltat lapidem, tunc Baldus in atram

Deſcendit ſcalam longam bene mille ſcalinos.
Omnes ſuccedunt ; Merlinus ſupra remanſit.

Pedrala.

In fundum ſcalæ portam catavêre ſeratam,
Quam pede Fracaſſus patefecit cardine rupto ;
Introeunt magnam nullâ formidine ſalam,
In qua lux tanta eſt, effundens lumina paſſim
Quod tu juraſſes hic eſſe Palatia Solis.
Et lapis ingentis precii, qui lumina fundit,
Inque coruſcanti Criſtallo fulgidus ardet.
Huc Baldus properans quenquam non cernit adeſſe,
Miratur lapis ſplendor cui tollit ocellos.
In circum ſalæ ſtant arma picata murais
Pulchra, nec in toto mundo nitidiſſima tantum.
Illa ſtupeſcentes pariter guardare comenzant,
Formidantque quaſi tam lucida tangere tela.

Heroes antiqui.

Nembrotis. In capite ipſius ſalæ grandiſſimus Elmus
Pendet, qui ſummo pennazzum vertice promit,
Ac ſuper excelſum quædam Damigella cunerum
Stabat, & hoc manibus diſtenſis carmen habebat

Diſtichon.

Hunc portare Gigas Nembroth certando ſolebat
Tubalcain. Martelli inventor fecit Tubalcain ipſum :
Baldus ait, Fracaſſe tuum caput hunc ferat elmum,
Corpore non minor es Nembrotto, forcibus atque :
Illum Fracaſſus removens in vertice plantat,
Nec ſibi rem binas voltas tunc dicere fecit.
Tunc proceſſerunt ; armorum ſplendiler ordo.
En alter patuit viſu, collectus in unum,
Supraque hoc ſcriptum tabulâ pendebat in altâ ;
Hector. Armaturam iſtam quondam ſe veſtiit Hector.
Induit hæc Baldus, quoniam minor Hectore non eſt.
Ulterius vadunt, Trojano ſanguine tincta
Arma vident, ſuper iſta fuit Epigramma notatum ;
Achilles. Ornarunt quondam Paladini corpus Achillis,
Optima quam fuerint, Ajacis morte probatur,
Hircanus tulit hæc quibus eſt plus dignus Uliſſe,
Quæ dum cingebat, probus Hippol arma catavit,
Æneas. Quæ Venus Æneæ componere fecerat olim,
Hæc mea ſunt, dixit, mox preſtiter illa dobavit :
Theſeus. Non procul his etiam ſunt arma nitentia Theſei,
Hæc ſibi delegit, Baldo mandante, Lironus.
Pentheſilea. Sunt quæ portabat fera Virgo Pentheſilea,

Suſcipit hæc nemo, mulieribus namque figura eſt.
Hannibal ille furens ductor Cartaginis arma *Hannibal.*
Hîc ſua quin etiam Romæ tam noxia liquit,
Cingar ait, Romam ſi terruit Hannibal iſtis,
Sic ego Diabolum ſuperabo Cingar eiſdem.
Dixerat, & totum ſubitò ſe ficcat in illas.
Hic quoque Pompei ſtant contra Cæſaris arma. *Pompeus.*
Cæſare veſtitur Falchettus, parſque canina *Cæſar.*
Excipitur, ſolo quam cum faldone covertat.

Heroes Judæi.

Aſt alio in muro Judaïca tela patebant.
Primum quæ Hebrei Dux quondam Joſue ſtoli *Joſue.*
Induit, iſta vetus fecit ferrarus Oliab. *Oliab.*
Poſt hæc ſubſeguitant Sanſonis tela gigantis, *Sanſon.*
Ipſa fuere quidem noſtro ſatis apta Fracaſſo.
Pendula ſtat muris ibi ſmiſurata Corazza,
Quam contra David geſtavit ſchena Goliæ. *Goliat.*
Iſtam Centaurus circum veſtivit adoſſum.

Heroes Chriſtiani.

Sunt ibi Carlonis Francorum Regis honores,
Aurea flamma nitet, quam nunc ô Brixia godis. *Aurea flamma.*
Magnanimi Orlandi comitis de Anglante trophæi *Brixia.*
Durindana tamen non illic ſpada catatur. *Orlandus.*
Mox Ducis Albani montis ſtant arma Rinaldi. *Rinaldus.*
Eſt quoque Bacchiuccus, quem Morgans terre ſole- *Morgans.*
Accepit Fracaſſus eum, baſtone relicto. (bat,
Moſchinus pro nunc, Philotheus, atque Rubinus,
Malfattus, Malaſpina ſimul, non arma tulerunt.

Facetia Boccali.

At niſi ſquarcinam Margutti repperit ilic *Marguttus.*
Boccalus pro ſe, quæ fodro nuda putreſcit.
Hanc citò Gallono taccat, non altera curat
Arma, ſed incuſat Compagnos eſſe fachinos,
Immo inſenſatos, caricantes corpora ferro.
Baldus id aſpiciens dixit, Boccale, quid armis
Non te ſecuras? en cernis quanta ſuperſunt.
Non me (reſpondet) ferrum Natura creavit.
Sum caro dico tibi, ſic ſic de carne manebo.
Rurſum Baldus ait, ſquarcinam quid geris ergo?
At Boccalus, ego ſenſi quod ſub Phlegetonte
Anguillas comedunt graſſas tria brachia longas
Si nobis epulæ mancabunt (quomodo credo)
Quid reſtat ni cum ſquarcina tollere pellem?
Ac ibi ſunt olei caldaria plena boienti,

Frizere, vox padellæ.

Eſt focus (ut dicunt) Anguillas frizere ſolunt.

Goſa.

Hunc ob ſermonem Boccali quiſque cachinnat,
At poſtquam rutilo texerunt corpora ferro,
Quiſque piat Scutum, ſeu Targam, ſive Rodellam,
Conſtat abundanter teli genus omne fuiſſe.

Ars ſcrimmandi.

In medium Salæ Baldus ſaltavit in armis,
Seque provare parat ſcrimando contra Sodales.
Cingar in inſtanti trat de galone ſpagnolam.
Se quoque ſub targa totus curvatus abaſſat.

Bravaria Cingaris.

Quid Menchione bravas? dicebat, nunc tibi Cingar
Quid valet oſtendet, ſta ſaldus, para ſtocatam,
Et ſic dicendo tres colpos fecit in unum.
Baldus ridebat, ſemper ſcrimando repoſſat,
Mirat & attentus quod Cingar porrigat unum
Ante pedem, nam ſic faciens ſotoſora tomaret.
Tunc piatonadam Baldus menavit ad illum,
Et pede ſupra pedem poſito, dum ſe retirare
Vult Cingar, caſcat, chioccatque culamine terram,
Extemplò comites omnes movere cachinnos.

Cingar æquo animo inter amicos omnia ſuſtinet.

Subriſit Cingar ſurſumque levando gridabat,
Eya citò fratres, brandos educite veſtros,
Et mecum pariter Baldo veniamus adoſſum.
Tunc omnes Baldum piatonizando ſerarunt,
Qui ferit in fianchis, qui retrò, qui ferit ante,
Omnes intornum Baldo ſua tela menabant.

Comparatio.

Non ſic pirlat enim cum fœmina fila revolgir
Guindalus, aut quando ſegetem rota ſaxea frangit,
Ut Baldus girat pede ſolo, terque, quaterque.
Denique toccatis cunctis ibi ſolus ab illis
Reſtitit intactus, ceſſat procedere ſcrimma.
Cingar abit, lapidemque illum tam clare nitentem
Deſpiccat muro, quem Baldi ficcat in Elmum.
Hunc tibi victori, dixit, largimur honorem,
Cum quo per Baratrum poteris donare luſorem.

Pedrala.

Poſt hæc Baldus eos ſcalam montare comandat,
Quos ego ſuſcepi fecique ſedere parumper.
Vos Deus elegit, dixi, de gentibus unos,
Ut prius è mundi viciis, armisque refecti,
Gulſoream penitus valeatis ſtrugere ſectam,
Ipſa quidem ſic eſt operantibus aucta Diablis,

Quod

Quod niſi præſidium dederit vis una Tonantis,
Chriſti ſumma fides, & lex cui Julia ceſſit
Corruet, errorum multis nunc recta magiſtris.
Olim quarundam vetularum parva ſtriarum
Turba dabat penas meritis incenſa caſottis,
Sed modo non tantum confectæ tempore vecchiæ
Gattas, Moltones, Capras, Porcosque cavalcant,
Verum Magnates plures, Dominique togati.
Et qui dant populis in ſacro jura ſenatu,
Se ſub Gulſórea ſtatuunt ditione regendos.
Obſervant zobias, ungunt ſua membra cirottis,
Quos ego ſæpe cavas tueor tranſire per iſtas,
Namque ſuam properant ad chortezare Madonnam,
Gulſora quæ dicta eſt, reliquarum prima ſtriarum
Scortaque Luciferi, tot certè digna caſottis,
Quot lapides terræ, Maris undæ, ſidera cœli.
Ipſa ſtudens Magiæ penetravit viſcera terræ,
Inque ſinu centri ſimulatum condidit orbem,
Hæc vos cuncta decet non tantum ſternere brandis
Corde ſed acorto, ſenſuque à crimine mundo.
Dux eris atque pater, ſociorum Balde tuorum,
Nulla ſuperſtitio poterit te lædere ſolum,
Sed caveant alii tua ne mandata refudent;
Ite precor tandem crucifixi tollite ſignum.

Caſotti, in quibus ornatur ſtriges.

Zobias, dies Jovis.

Gulſora.

Concluſio.

Baldus abrazzavit fletu ſtillante Rubinum,
Mox alios, Malaſpina ſuo pro Cingare luget,
Malfattuſque ſuo pro Hircano, denique ſtricti
Agmine diſcedunt, nos ſexque remanſimus illic.

Explicit Phantaſia Vigeſima Macaronice.

MAGISTRI ACQUARII *Argumentum. In Phantaſiæ XXI. Macaronicen.*

Cingaris excreſcit naſus tantum, quod in illo
 Scapuzzat, quoniam ſtrio tocarat eum.
Attamen hunc ſanat Serraſſus, poſtea Raſſum
 Cuſtodem Nili fluminis interimunt.
Fracaſſus comites in forti tergore geſtat.
 Donec Gulphoreas reperière caſas.
Illic dum parlat cum Baldo Luca, Philippus.
 Baldus compagnos cernit abeſſe ſuos.
Quos allas tandem retrovavit habere figuras,
 Sed per Serraſſum priſtina fazza redit.



MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI PHANTASIÆ.

MACARONICE VIGESIMA PRIMA.

QUALIS es ô mulier facilis ſuccumbere furto,
FURTO? (parce rogo, volui ſuccumbere viro
DICERE, ſed brevis eſt præcedons ſyllaba) qualis
Metaphorica proverbia. Ergo viro facilis ſuccumbis Fœmina, ſive
Officio voti, ſive acta prurigine carnis,
Aſt ubi tamburri formam tua pancia ſummit,
Ac inflata uteri pellem diſtendier audis,
Proverbium. Perque tuum gambar vadit rugando cavagnum,
Tempus adeſt partus vel Mortis dicere poſſum.
Quo meſchina bonos debes padire boconos.

 An-

Angeris, & nunquam velles habuiſſe maritum.
Sed poſtquàm bellum sborraveris inde putinum,
Neſcis ſtare loco, tanta eſt tibi nata voluptas,
Ad vomitumque redis, tranſacto tempore poco. *Proverbium.*
Talis es ô Cingar facilis ſuccumbere furto,
Furto? ſic, furto, nec tam ſuccumbere furto,
Sed tot criminibus variis, tibi dicere poſſum,
Quot Sguiceros mandat montagna ſguizarica morti,
Sed modo namque tibi confeſſio ſancta levavit
Ex humeris peſum quo non peſatior alter,
Lætus es, & cantans in ſtroppa ſiſtere neſcis. *Proverbium.*

Parentheſis.

Heu quia ſunt omnes, ſi rem bene cogito, Cingar,
Noſtra velut Cingar facilis delabitur ætas
In vicium, ſed mox animi faſtidia ſurgunt.
Quis tam certus adeſt quem non petulantia carnis *
Pungat, & interdum tollat de tramite recti?
Quis tam ſanctus homo, qui non quandoque pateſcat*
Qui viſo Baldo læti movere cacchinnos,
Dumque illi narrare volunt ſua fata ſtupenti,
Serraffus cito vaneſcit comitante Giuberto.
Pizza Capellettus remanet, ſecumque Rafellus.

Goſa.

Ergo per obſcuras tombas ſimul ire comenzant,
Quisque ballottina quadam deffendit ab oybo
Sulphureo naſum, quæ ſuavem præbet odorem.
Quam contra peſtem, flammas, necis atque venenum
Compoſuit Serraffus eis mandante Cocaio,
Per quem Serraffum revidentem ſæpe baratrum
Cuncta Baroniæ Merlinus geſta canebat,
Quæ mox ſcribebat, nec non referebat amicis,

Pedrala.

Ibat Fracaſſus Comites prior ante ſequentes,
Ultimus eſt Baldus, nam captus amore paterno
Vult Marcellinum Cingarinumque fiolos
Confortare ſuos, mentis quoque prendere ſpaſſum
De rebus variis parlabant ſemper eundo,
Alter Boccalum bertezzat, & alter Averni

Venturos memorat caſus, alterque recordat
Quid de Meſchino Guerrino legerat olim.
Dum quoque Falchetto Cingar narrabat amico
Vergilii ſextum mira res, ecce loquelam
Perdidit nil parlans, & imaginat omnia præter
Virgilii ſextum, nec ſe parlaſſe ricordat.
Falchettus pariter quod Cingar dixerat illi
Neſcit, & obmutuit, phantaſticat omnia præter
Vergilii ſextum, nec ſe aſcultaſſe ricordat.
Hircanus cerebro penſeros mille revoltat.
Vult hoc, vult illoc, nec quod vult eligit anchum.
Caſtellos fabricat Fracaſſus in aere multos
Ac ſua lingua tacet, ſi ſemper muta fuiſſet.
Efficitur mattus Centaurus mille mearos
Mente caminabat perditque putando raſonem.
Jam ſalis in zucca nil amplius Hippol habebat
Per centum paſſat ſua mens vilupata chimeras.
Fantaſticanti Lironus mente tenebat
Sublatos oculos cælo frontemque rapatam.
Pizza Capellettus ridet, grignatque Raſellus;
Attamen ignorant ſi rident ſive piangunt.
Ad mutam ludens movet ora, manusque Bocalus,
Atque caput gratat non aggrezzante pedocchio.

Berta.

At Baldus liber labris ac ora ſolutus
Inter compagnos infeſta ſilentia vidit.
Dumque ſuos natos loquitur, reſponſa petebat.
Sed facti elingues nil reſpondere valebant,
Ergo ait, ò ſocii, nil vos parlatis? & unde hoc?
Num veluti Monachi ſervare ſilentia voltis?
Voltis pro vultis. Dicite, reſpondete precor, vos ergo tacetis?
Nil veſtro Baldo vultis parlare roganti?
Sed melius poterat muros audire loquentes.
Qua propter ſecum cœpit nolendo tacere,
Nec vult indarnum mutas tentare loquelas.

Comparatio.

Ad ſtramballonem ſguerzis cum paſſibus ibant;
Stramballonem. Ut faciunt Itali (ſumus omnes ſæpe todeſchi)
Quando plus cocti quam crudi vina Tavernæ
Geſtant in cerebro fumantia ſupra biretum.
Tunc hujus rei Baldus vult noſcere cauſam.
Tomma, timor. Præcedens alios coſſam videt ecce novellam,
Pro qua multa ſatis commovit tomma vigorem.
Sub pede quiſque ſuo ſentit mancare Terenum,

Nec

Nec jam qua ſigant Calcagnos Terra videtur,
Immo ſuſpenſi gambas per inania guidant
Ac non geſtantes alas volitare comenzant.
Dum parlare volunt, labium tantummodo menant,
Ut faciunt muti ciliis manibusve loquentes.
Admirabantur, ridebant attamen omnes,
Ac hilari vultu ſenſu quoque talia ſofrunt.
Quiſque ſuum corpus ſentit nimis eſſe legerum,
Per quoddam vacuum leviores æthere pergunt.
Gaudent quod nulla gambæ ſtrachedine languent, *Carmen truncatum.*
Immo velut ſtipulæ portantur, neſcio quorſum.

Pedrala.

Ecce cavernoſam rupem ſpinguntur in unam,
Quæ ſuſpenſa tribus Grillis fundamine mancat
Quiſque Grillus erat major levitate Bizarri.
Hic phantaſiæ Domus eſt repleta ſilenti.
Murmure, vel tacito ſtrepitu, motuque moventi, *Ænigma.*
Ordine confuſo, norma ſine Regula & arte.
Undique Phantaſmæ volitant, animique balordi. *Phantaſma reperitur tam fœmininum quam neutrum.*
Somnia penſeri nulla ratione moveſti,
Sollicitudo, nocens capiti phantaſtica cura,
Diverſæ formæ, ſpecies, & mentis Imago.
Hic ſunt Grammaticæ populi, genteſque reductæ
Huc, illuc, Iſtuc, reliqua ſeguitante fameia.
Argumenta volant dialectica, mille ſophiſtæ
Adſunt Baianæ, proh, contra, non, ita, lyque,
Adſunt Errores, adſunt mendacia, follæ,
Atque ſolegismi, fallatio, fictio Vatum.

Comparatio,

Me reperi (fateor) medium quandoque briacum, *Briacum, imbriacum.*
(Quamvis nec modo ſim tutus) varcare per amplam
Campagnam Godii, quando mage ſcaldat Apollo,
Circum circa meum volitant Caput ecce puſilli
Moſchini numero tot quot fert littus arenam,
Et reparant caldum Teſtæ faciendo Capellum *Si Moſchinus habeat naſum inter Academicos longa fuit diſputatio.*
Quorum percuſſit naſum redolentia vini.
Sic Phantaſiæ Baldum, Baldique ſodales
Aſſaltant, intrantque caput roduntque cerebrum.
Multas cum manibus Cingar brancabat, & illas
Secum ferre cupit, ſed non retinere valebat.

Comparatio.

Vidiſti forſan pueros quandoque zugantes, *Proceleumaticum.*
Velle piare manu ſtantes in pariete Muſcas.
Sed quando pandunt digitos (niſi preſtiter illas

Scaltritas capiant) retrovant zaffaſſe Chimeram:
Sic Baldus comitesque manus hinc inde menabant,
Ut phantaſias caperent, ſenſuſque bizarros.
De quibus impleratCarnerumCingar & Hippol,
Cingar & Hippol phantaſtici. Pizza Capellettus non ſe ſatiare valebat
More ſuo (ſtradiotus erat) ſpoliare Maſonem,
Pizza Capellettus Logicus. Implet Scharſellas, ſaccum, geminasque Biſacchas
De Paulo veneto, de Hiſpani mille baianis.
Baldus Moſconem brancat, retinetque Plutonis
Deque ſuis Grilis naſum replebat & aures.
Scottus. Sguarnazzam Scotti Fracaſſus reperit illic,
Quam veſtit gabbatqueDeum,pugnatque Thomiſtas,
Albertus Magnus. Alberti magni Lironus ſomnia zaffat,
Vult fieri gratus cunctis, gnarusque futuri,
Scrutator cordis, multas augere richezzas,
Tollere Cervellum Cornacchis, prendere piſces
Cum manibus, quoſdam ſecum geſtando lapillos
Rifellus melancolicus. Plena Melancolicis humoribus Urna latebat
Angulo in obſcuro, quam nudus viderat ullus,
Sed dum Rifellus conſiderat, urtat in illam,
Et miſer, in moiam ſe repperit eſſe cadutum.
Qua propter dubitando mori clamabat aiuttum,
Sed clamando nihil ſua labra movere valebat.
Accurrunt Comites, illum de fonte cavarunt,
Unde melancolicos fundebat ubique liquores.
Hircanus quaſdam ſaltantes per Pavimentum
Capere ſaiottas ſtudiat non abſque labore,
Dumque unam griffat manibus celer altera ſcappat.
Fecerat ingentem Pulicum Falchettus acervum
Quos ſacco poſitos fert alto in tergore ſecum.
Boccalus normas Epicurri neſcio quantas
Abſque labore piat, complectitur, inque Botazzum
Cocamen & cocaius & coconus. Ficcat ne fugiant, ſtoppatque cocamine Buccam.

Chimera.

Has inter follas ſtat maxima Beſtia, nec ſtat,
Cui caput eſt inſtar Montonis vel Capricorni,
Mille manus, ac mille pedes, ac mille volantes
Fert alas ventremque Bovis, ſchenamque Cavalli.
Quæ ſi non caudam Simiæ de retro teneret,
Toccaret Cœli ſummo teſtone ſollarum,
Cum Jove diſponens divam partire Minervam.
Sed quia quicquid agit cauda mancante, laſagna eſt,
Ducitur ad nihilum, meritoque Chimera vocatur.
Parturit hæc montes, ſed naſcitur inde faſolus,

Dum-

Dumque Gigas parat fieri ſit parvula Mirmix.

Tegna.

Hac igitur Baldus ferrum ſfodrando Chimeram
Percutit inque duos pariter videt eſſe mezenos,
Integra ſed pariter tornat, nec vulneris ullum
Monſtrabat ſignum, fixasque movebat ochiadas,
Inde citò, nec ſponte quidem removentur ab una
Phantaſma, retrovantque pedes miſiſſe Tereno.
Quisque ſuis gambis propriis ut vadat oportet,
Non plus aſpiciunt curas nihilamque Chimeram,
Nec mage parlandi libertas tollitur illis,
Nec quiſquam memorat quidnam vidiſſet adeſſum
Phantaſiæ abeunt quas in Carneria nuper
Ficcarant redeuntque loco prius unde recedunt.
Sunt tamen hi medii pazzi, mediique balordi.

Si fixas, quomodo movebat ma & cætera q

Pulchra deſcriptio phantaſiarum, quæ tandem ad nihil redigantur.

Luxuria.

En ſuper interea pratum veniſſe videntur.
Ex Arborſellis florumque nitore pienum.
Candida fragrabant ibi Lilia, ſepta roſarum
Cingebat Campum, varios qui miſcet odores:
Innumeræ Dammæ danzabant undique dulces
Dant cantilenas, plenaſque Cupidine voces.
Inter eas reliquis formoſior una canebat,
Geſtans auriferam ſublimi fronte Coronam,
Tantum ſuavis erat viſu, tantumque petulcis
Blanda oculis quantum fuit unquam fœmina mundo:
Nunc humilem terræ frontem pudibunda tenebat,
Nunc lætos madidosque ſimul relevabat ocellos,
Nunc effundebat graciles laſciva cachinnos,
Nunc inflamatis animos ſtimulabat ochiadis,
Obvia currebat venienti fervida Baldo,
Seque galantinam totam præſentat ad illum,
Mox quot Compagni ſunt, tot venere puellæ.
Hic blandi riſus, ſdegni, ſuſpiria dupla,
Hic turpes tactus, Cegni, baſamina, luxus,
Plena libidinibus movimenta trahentia mentes.
Hic ſtigans animos ad amorem Muſica garrit.
Arpicorda, Lyræ, Citharæ, Flautique forati,
Voces humanæ melius quæ pectora captant.

Maſelina.

Baldus communi urgetur ſuccumbere legi,
Namque fomenta videt Veneris cauſamque modum-
Non apud ardentes flammas eſt paia tenenda (que
Cœleſtes violare Deos occaſio poſſet.

Cauſa, ſunt flores & amenitas loci.

Modus ſunt puella ſaltantes.

Pedrala.

Ergo manum Baldus Reginæ porrigit inſtar
Ballandi, Cingarque ſuam carezzare puellam
Incipit, atque capit dum Liro fervidus alteram
Denique dum cuncti nimio vexantur Amore,
Contremuit, Campagna ſtatim Pratique decores
Auffugiunt ſubito, fontes, & limpida ſtagna
Non plus apparent, diſcedunt oſcula, luſus,
Mutantur flores in tintas ſulphure flammas,
Mutantur Nimphæ cornutos in diavolazzos,
Mutantur ritus in verba piena doloris.
Undique luce caret locus ille ſeverus & aſper,
Qui ſonat ut reſonat Mare tempeſtate revoltum.
Incipiunt fremitus vocum, ſtridorque gridantum
Almarum, verſant raucantes nubila voces.
Hic tantæ flammis Umbræ cruciantur acerbis,
Quantæ pro fœdo periere Cupidinis actu.
Illam quam ſupra Reginam diximus, eſſe
Quippe voluptatem carnis novere ſodales.
Paret in aſpectu primo formoſa, ſed inde
Efficitur luctus. dæmon, lachrimoſaque ſtrages
Inde per horrendos cruciatus ire comenzant.
Inſpiciuntque animas cunctas ſimul eſſe gemellas.
Squarzabant mutuo crines barbasque pilabant,
Invitis labris fellantia baſia taccant,
Et quæ olim morſu cupiebant ſuggere labra,
Nunc laniant, rodunt, guſtant pro melle venenum,
Quarum jam linguæ ſunt factæ Roſpus & anguis.
Sed major pœna eſt quod amor tam fervidus olim
In crudele odium mutatus torquet Amantes.
Hic genus omne hominum ſeu nobile, ſive codardum
Ad quorum numero ſtellæ, nec arena parantur.
Inter Compagnos Baldi fuit unus eundem
Qui timuit pœnam, troppum quia ſemper amavit.
Alter at inter eos contrarius extitit illi
Qui ſemper Venerem ſprevitque Cupidinis arcum.
Fornaces condunt ibi ſemper mille Diabli, — *Ne hereticus reputetur.*
Furnos, Furnellos, Bozas, caldaria ferri,
Venturisque locus ſignatur ſingulis almis.
Ignoret quamvis ea quæ ventura diavol. — *Semiruinatam, quia confeſſi erant.*

Comina.

Ergo quisque ſuam fornacem Barro catavit
Semiruinatam velut eſt antiqua muraia, — *Confeſſia.*
Singula nam fornax habet hoc Epigramma notatum,

Quod

Quod facinus ſtruit, id Confeſſio deſtruit alma.

Goſa.

Baldus at inventa ſtupuit Fornace profunda,
In qua cum Berta debebat ſemper aduri.
Ah, dixit Cingar, cur fallit opinio vulgum?
Quis non penſaſſet potius cum Criſpide Baldum
Iſtic damnari veluti damnantur Amantes?
Ecce quid æquus amor conjunxit Criſpida Baldum.
Hic laſcivus amor laſcivos damnat Amantes,
Hic ſincerus amor ſinceros laudat Amantes.
Baldus ait, nihil eſt mi Cingar opinio vulgi,
Et licet hæc ſpeculum noſtri denigret honoris,
Summa tamen Deitas ad lucem denique veram
Prodit Amicitiam ceu nunc de Criſpide fecit.
Sed quid de nobis opus eſt narrare prophanis,
Quando quidem ſanctos etiam mala lingua premebat?
Maxime Hieronymum dictum cognomine Divum *Hieronymus.*
Et qui Martini Bricius poſſeſſit honorem. *Bricius.*
Quid referam Carolum Benedicti clauſtra colentem, *Carolus.*
Quem tanquam purum Joſeph, caſtamque Suſannam
Crimine adulterij, furti quoque lingua gravabat?
Sed tamen ad finem Calicutti ſecta ribaldi
Qui dabat accuſam Carolo tenuata remanſit,
Et Caroli tandem patuit mens candida mundo.
Unquam nemo ſuam voluit deffendere cauſam,
Immo tota cohors ipſum crucifige gridabat,
Tres habuit contra Pilatum Caipham & Annam. *Ut conſtat in Enangelio Joannis.*
Pilatus dicebat ei, mihi gens tua tradit,
Nec meruit quid ſit verum cognoſcere tandem.
Huncve flagellatum crucifigi fecit & undam
Dimandando manus lavit, velut eſſet ab eius
Sanguine nil nocuus ſed tantum culpa ſuorum eſt.

Maſelina.

Sic ait, ac inter bruſantes quæritat umbras.
Tanta Putanarum ſtipatur copia, quod non
Diſcernunt animas quas culpa ſecreta peremit.
Attamen heu quantos quo gens prius eſſe pudicos
Credidit, aſpiciunt illic ſtridendo cremari.
Maxime nonnullos quibus olim cura dabatur
Corrigere alterius mendas, & tradere culpis
Judicium, ſibimet placidis aliiſque ſeveris.
Hi tamen officii caſto ſub tegmine tanti
Luxuriæ, ſolumque Gulæ ſtuduere voraci,
Atque puellarum comprabant oſcula plura,

Dantes ducatum per baſum quodlibet unum.

Pedrala.

Rogantes interrogantes. Luxuriæ viſu cruciatus denique Baldus
Vult exire, vocat ſocios, qui flammea ſparſim
Per loca girabant animarum multa rogantes.
Conveniunt, exire parant tamen hoſtia nuſquam
Signacula veſtigia. Apparent, nullamque vident ſignacula Portæ.
Baldus natura ſdegnoſus fronte rapatur,
Nam vult ire foras, nec eundi forma trovatur
Huc illuc properat, nigras interrogat umbras.
Reſpondetur eis, noſtrum cercate Minoſſum
Confeſſatorem, ſine quo mihi credite portam
Quæritis indarnum, dextræ vos ducite parti,
Cernite de longe faculas vomitare Torazzum,
Illac confeſſat Minos almas igne bruſandas,
Illac egreſſus patet hujus flebilis agri
Illico campagnam greſſu celerante trapaſſant,
Turronemque adeunt ignem ventumque vomentem.
Hic ferri portazza ſtetit, quæ detegit Antri
Boccazzam ſcuram buſo ſub monte cavatam.
Non timet ingreſſum Baldus, vult primior eſſe.

De Cerbero.

Cerberus en triplici patuit teſtone cagnazzus,
Qui plenum variis ex oſſibus impedit Antri
Limen, & impavida ſtat cuſtos fronte cavernæ.
Quando videt ſocios hirſuto tergore ſaltat,
Cumque rebuſatis villis baubare comenzat.
Poſt baubamentum dentes grignare frementes.
Gutturibus latrans nigrum tribus evomet oybo,
Duxerat & fodro Baldus ſtans firmiter Enſem.
Compagnoſque jubet limen tranſire cavernæ.
Sic faciunt, aſt ipſa volens prohibere tricolla
Beſtia paſſagium, currit boccare Lironem.
Baldus at ingentem diſtorchiat eaſe roverſum,
Nil taiare nequit velut eſſet ligneus enſis.
Mox deſperatos colpos menare comenzat,
Donec eum terræ ſtratum liquêre fiaccum.

Togna.

Ergo trapaſſarunt omnes cuſtode domato,
Ut confeſſorem poſſent cattare Minoſſum.
Pizza Capellettus ſcortam facit ante ſodales,
Boccalus medio ſtat ſemper in agmine ficcus.
Non procul excedunt, quod quidam ſaltat ab antro
Buffonus ſtultuſque magis, magis immo famatus,

Ob-

Obvius accedens partes monſtrando pudendas.
Ipſe cavalcabat baſtonem more putini,
Cumque manu leva brenam baſtonis habebat,
Sed dextram cannam parens gioſtrare ferebat,
De panno longas aures, ſtuppaque pienas
Diſtendit, ſimilisque retro ſtat pendula cauda,
Conſutumque tenet ſtrepitoſum quæque ſonaium,
Saltat, & inde facit manibus pedibusque moreſcam,
Et porgens dextram Baldo danzare comenzat.
Baldus gentilis ridens nil denegat illi,
Secum danzando ſequitur qua parte menatur,
Sgregnabant omnes optantes cernere finem,
Nil parlat ſtultus, ſed atezat ſæpe cadendo,
Quem levat è terra nec ad altrum tendere, Baldus,
Namque levabat eum vix ille, cadebat & anchum,
Duraque frangebat (ſic dicunt) ſaxa quaderno.

Zucca.

Poſt curtum ſpatium retrovarunt denique zuccam.
Grandilitate parem Montagnæ Valcamoneghæ
Quæ toti mundo potuiſſet fare maneſtram.
Ad latus ipſius zuchæ ſtat grande foramen,
Per quod cum ſtulto Baldus comitesque ſubintrant.

Logici.

Iſta quidem zucca eſt animabus plena togatis,
Quas quondam Logicos reputarunt eſſe profundos,
Aſt ammiſerunt cerebrum per mille baianas.
Aut homines Aſinos dicunt, aut eſſe Cavallos,
Extinguique ſitim jactarunt carne ſalata.

Utrum.

Inter eos ſtabat vir quidam corpore duplex,
Qui ſuſtentatus binis tantummodo gambis.
Dicitur hic Utrum, dubioſis ſenſibus implens,
Hereticosque facit, negat hanc probat hunc tenet il-
Et ſibimet diris ſemper dat verbera pugnis. (lam

Philoſophi.

Poſt hæc Mattus eos Portam conduxit in unam,
Introeuntque ſcolam ſapientum Philoſophorum.
Illic Aſtronomi, Magici, Medicique periti,
Illic Entisber, Ferabrich, Auerois, Ocham,
Illic Burleus, Strodus, Simplicius, Hermes,
Illic Auempace, Themiſtius, & Theophraſtus,
Illic Porphirius, Xamolſidis, Abaris, illic
Albuſamar, Manae, Gerſonides, Aba Joannes,
Arcazel, Alchindus, Damigeron, Aboli, Zael,

Dardanus Aboaſar, Zoroaſter, & inde Charondas
Milleque Philoſophi quos neſcio tradere menti.

Poetæ.

Sunt quoque (neſcio qui, ſana ſi mente Poetæ)
Qui paritiales patriæ, propriique Tyranni,
Complevere libros follis, veriſque boſiis.
Sed quales habeant pœnas, audite Poëtæ,
Ut quoque vos tantas ſchivetis fingere frappas.
Sunt ibi diaboli numero tres mille vel ultra
Jugiter officium facientes Herbolatorum.
Quæque ſuo proprio ſubjecta eſt alma Diablo,
Qui dum complet opus ſtat altam ſupra cadregam.
Undique dant gridos veluti gridare ſolemus,
Quum dentem nobis guaſſum barberius extrat,
Nam cum lancettis, uncinis, atque tenais
Quiſque cavat dentes, nunquamque cavare rafinant.
Quottidie quantas Vates fecere boſias,
Quottidie tantos opus eſt ammittere dentes.
Sed quo plus ſtreppant illos, plus illico naſcunt.

De Duranto.

Inter eos igitur Cingar cognoverat unum,
Nomine Durantum, qui dum ceciniſſe Leandram
Se jactat, doctis sbeffatur ubique poetis,
Ardimentum habuit (quamvis magriſſime cantet)
Orlandus. Magnanimo Orlando præponere geſta Rinaldi.
Rinaldus. Perque gulam mentit, quod ſic ſcripſiſſe sbaiaffat
Turpinum, nec opus Turpini viderat unquam.
Compoſuit quendam (quem nolo dicere librum
Sed Scartafazzum) nomen ponendo Leandram
Cui dignum fecit noſter Serraffus honorem,
Namque ſigillatus cera fuit ille culina.
Heu quales ſtreppos miſero dabat ipſe Diavol.
Sgretolare ſuas audiebas longe ganaſſas.
Cingar compatiens fecit reſtare Diablum,
Durantumque rogat, quare ſic abſque raſone
Orlandum biaſmat, nimium laudando Rinaldum
Ille ſed avulſis pro dentibus, oreque balbo
Reſponſio Du- Reſpondet, quo jam pacueunt futa läldi.
ranti balbutien- Sic ergo, quicunque volunt præferre Rinaldum,
tis, ſic enim di- Orlando dicam quod amant hi furta Rinaldi.
cere voluit: Namque procul dubio fortiſſimus ille Senator
Quoniam pla- Romanus, Bravæque comes Orlandus, & armis,
cuerunt furta Et ſenſu, & meritis ſuperaſſet mille Rinaldos.
Rinaldi. Non tamen alta quidem condemno facta Rinaldi.

Pre-

Prophetia.

Aſt veri Auctores Orlandum præpoſuerunt.
Ac in venturo præponent tempore vates.
Maxime Boiardus, dictusque Maria Matheus,
Plus ſentimento, facili quam carmine, dives
Surget Alovisus tuſcus, Franciſcus & orbus, *Alovisius.*
Magnus Arioſtus, laus, gloria, palma Feraræ, *Franciſcus.*
Tempore mancus erat Petrarcha, carmine ſed non.
Inveterata nocet laus nobis ſæpe modernis.

Vergilii Laudes.

Mons quoque Carmellus Baptiſtæ verſibus altis *Baptiſta.*
Jam boat, atque novum Manto feciſſe Maronem,
Gaudet nec primo præfert tamen illa Maroni.
Namque vetuſta nocet nobis ſæpe modernis.
Splendet in altiloquo Pontanus carmine, ſtellas *Pontanus.*
Dum canit, & ſeptem quos ambit ſignifer orbes,
Dum monet Agricolam quo purget tempore ciros,
Non tamen æquatur vati quem protulit Andes,
Namque vetuſta nocet laus nobis ſæpe modernis.
Exiet Archadicus per ſdruzzola metra libellus
Nazzari quo prata, greges, armenta, capellas, *Nazzarus.*
Paſtoreſque canet ſilvas, Magalia, Nimphas,
Chriſteidan poſt hæc cantabit dignus Homeri
Laudibus, at cedet Vati quem protulit Andes.
Namque vetuſta nocet laus nobis ſæpe modernis.
Tu quoque magniloqui ſublime poema Marulli *Marullus.*
Non eris æquandum Vati quem protulit Andes. *Raphael.*
Edidit Armeniden nec qui ſub veſte Cuculli
Nec Zacharias, nec multi denique Vates *Zacharias.*
Æquivalent noſtro Vati quem protulit Andes.
Namque vetuſta nocet laus nobis ſæpe Modernis.
Materies Aſolana gravis, veniet quoque Bembi, *Bembus.*
Metra Thibaldei, Seraphini, Cornaque Zani, *Thibaldeus.*
Modena Pamphilico de Saxo multa cavabit, *Seraphin.*
Quos tamen eſſe pares Danthi, lepidoque Petrarchæ *Corna.*
Secla negant, nam ſola datur laus magna vetuſtis.

Concluſio.

Nec Merlinus ego, laus, gloria, fama Cipadæ,
Quamvis fautrices habui Tognamque Goſamque,
Quamvis implevi totum Macaronibus Orbem,
Quamvis promerui Baldi cantare bataias.
Non tamen altiloquis Tiphi Caroloque futuris *Thiphis.*
Par ero, nec dignus ſibi deſcalzare ſtivallos. *Carolus.*
Non tamen hanc zuccam potui ſchifare decentem,

In qua me tantos opus eſt perdere dentes,
Quantos Roma viros nunc obtinet inclita ſanctos,
Relligioſorum mores quot habentur honeſti,
Quotve forum juſta doctores lege gubernant
Quot divas habitat matronas integra Pallas,
Denique quod ſanctæ gentes urbeſque Romagnæ,
Aut Lombardiæ, Toſcagnæ, aut totius orbis.
Tange peroptatum Navis mea ſtraccula portum
Tange, quod ammiſi longinqua per Æquora remos,
Immo probos vitæ mores, breve tempus, & annos
Scripſimus, ad veniam propero, ſi ſcripſimus ulla
Forſitan auditu malè conſona, parcite quæſo,
Et jam confectus ſenio, Terræque recurvus
Corporè deſtituor, Vitæ quoque cedo, valete.

Phantaſiarum Merlini Cocaij Volumen explicit.

MER-

MERLINI COCCAII
POETÆ MANTUANI
PROLOGUS IN
MOSCHEAM
PUERILI TEMPORE
COMPOSITAM.

NUPER ego noſtra paulò digreſſus ab Urbe. *De Mantua.*
QUAM celebrem toto fecit in orbe Maro.
OCIA nactus eram cupidis adamata Poëtis,
Retro & curarum manſerat orba domus.
Ad liquidum Benace tuo quem parturis Amnem *Nil arduum volenti.*
Gurgite me longum ſed leve traxit iter,
Mintius hic torto fluitat per ſaxa meatu
Effrenisque leves non gerit unda rates,
Concitat inſanos declivi margine fluctus.
Donec te latis Mantua cingit aquis.
Illic tua ſedes non expugnabilis ullo
Marte, Bianoreis nunc quoque clara viris.
Unanimem claudunt illuſtria mœnia plebem, *Laus Urbis Mantuæ.*
Semper abundanti ſemiſepulta lacu.
Una fides populi quovis ſub principe durat,
Aſpidibus procul eſt atra Megæra ſuis.
Seditio, qua nulla carens Urbs incubat armis,
Hic tantum paci ſuccubuiſſe dolet.
Nunc quoque Tireſiæ remanent veſtigia Vatis,
Mantua quid faciat, ſi petis, illa canit.
Illa canit Vatum non paucis plena catervis.
Solvit & ad ſcenæ longa Theatra jocos.
Materno defert Infans de ventre poëſim, *Naſcuntur poetæ.*
Vagit & innatos balbula lingua ſonos.
Qui canit Hæroum memori tradenda libello
Tempora, quem Clio Muſa favore præit,
Qui ſibi Melpomenem ſua flet dum fata ſeveram
Conciliat tragicos exululando ſonos.
Comicus emeritis proſcænia ſiſtere ludis
Crederet, & plauſu diſcutienda malo.

Ad

Ad ſua ni facilem ſentiret vota Thaliam,
Omnia tunc petulans ora cachinnus habet.
Roſida paſtores gregibus tondentibus arva
Certatim Eutherpe ſponte ſedente canunt.
Corticibus cedunt memorandas ſemper amicas
Undique dat modulos tibia preſſa leves.
Credite Parnaſſum neglexit Apollo bicornem,
Credite non ultra Phocidis haurit aquas.
Ille ſui curat patriam gentemque Maronis,
Inque poëtarum principis Urbe ſedet.
Clamat io pæan pariter Juveniſque Senexque,
Cinctaque Daphnæo tempora crine ferunt.
Aurea Vergilii flores ſimulachra decorant,
Et Vati peragunt annua feſta ſuo.
Mars procul exceſſit, ſecuris ocia dantur
Mentibus, & placidæ concrepuere lyræ.
Ipſius in laudes Urbis furor exiit ergo,
Sed Clio fuerat tunc rogitanda mihi.
Heu quid ſurdidulas avellit protinus aures,
Prævaluit ſolito nec furor ire pede?
Ante pedes humili projectus Apollinis ore,
Cur ſuetum, dixi, carmen Apollo negas?
Me ferus aſpectu trepidum deſpexit acerbo,
Mox ait, audacter me quoque ſtulte rogas?
Dixit, & adductum pharetratus corripit arcum,
Et lateri legitur certa ſagitta meo.
Ut fugit ante levem nemoralis Capra Dianam,
Aut lepus à rapidi morſibus acta canis,
Sic miſer evaſi durum per inhoſpita Phœbum.
Fuit pro affuit. Et qua cælarer vallis aducta fuit.
Volvebam quæ cauſa mihi commoverat illum,
Quid daret haud ſolitas tendere poſſe vias.
Illius heu fruſtra doctas captare ſorores
Speravi, ac multa laude tenere polos.
Nil fuit evigiles ſtudio concludere noctes
Poſtquam tot menſes abrogat una dies.
Ergo qua volucri prorumpit Mincius alveo
Deveni, Lachrimis creverat ille meis.
Invitas mihi multa ſalix tunc preſtitit umbras,
Invito quoniam tunc mihi vita fuit.
Nec mora fit, ſuccincta procul venit ecce puella,
Auratas zephiris ſparſerat illa comas,
Fulta latus pharetra tergo rejecerat arcum,
Voce manuque dabat carmina juncta lyræ,

Ardentis Daphnen cantabat Apollinis ignem ;
  Laurea quæ demto fine comata viret.
De lauru ſemper virenti.
Inſuper hac dignos recinebat fronde poetas ,
  Per quos jam pridem maxima Roma fuit.
Vergilium ſenſi quod Homerum laudibus æquat
  Parnaſſi geminum cepit uterque jugum.
Agmina deſpiciunt Vatum ſpectantia ab imo
  Collis , & exultant non habuiſſe pares.
Phœbeis quanto cedunt fulgoribus aſtra,
  His tanto Vatum cedit in auſa cohors.
Non tamen exiguis affecit laudibus illos,
  Sectantur lento qui pede Vergilium.
Tunc ego quare odium patiebar Apollinis oro,
  Hæc igitur Nimpha cauſa ferente fuit.
Neſcio quas reperi Muſas , turpeſve ſorores ,
  Neſcio quæ turpi carmina voce canunt.
De macaronicis intellige.
Limpida Pegaſidum viciavi ſtagna prophanus,
  Totaque ſunt Limo dedecorata meo.
Hinc furor, hinc ira eſt, hinc indignatio Phœbi,
  Ad quem me fecit quæque Camœna reum.
Nec mora ſtratus humo mediatrix ſis bona quæſo
  Clamabam , facilis demitur ira Dei.
I modo, reſpondet , nos, i modo, ſperne Camœnas,
  Dixit , & obtruſa ſuſtulit aure pedem.
Protinus intumuit noſtro ſub pectore virus,
  Nec Phœbo , dixi , nec tibi ſubjicior.
Inde furens plectrum rupi , ſtipulamque reſumpſi.
  Hos comenzavit Piva ſonare modos.

Hactenus breviter pro facilitate vocabulorum, nunc autem lucriditate indigent.

GRANDIA Muſcarum formicarumque canamus
  PRÆLIA crudeles Marte ſtigante brigas.
Prorumpit poeta in initio proponendo.
SCURUS Apollo ſuos abſcondit Alhora Cavallos ,
  Non potuit tantum namque patire malum.
Omnis per circum tellus sbattuta tremavit,
  Parva ſuper cœlos nec cagarola fuit.
Cagarola per timorem provocatur , interdum pro ipſo timore accipitur : unde Avicena. Mortis ab infirmo debet cagarola vetari.
Pochum mancavit quam mortus ab axe tomaret
  Juppiter Herculeum valde gridabat opem.
Pro bombardarum ſcappavit Luna rebombo ,
  Excuſamque Jovi fecit abire foras.
Æquora tunc etiam sbigotentia ſigna dederunt,
  Atque ſpaventoſas ſumma tulere faces.

Quat-

Quattuor ad partes Mundi bruſare cometas
Vidimus, & longas diſcaviare codas.
Muſcarum clamor, pulicorum ſtractio, Trumbæ,
Tamburri ſummos sbigotivere polos.
Ceſſent antiqui veteres sbaiaſare Bataias,
Nam talis nunquam Guerra veduta fuit.
Grandis erat fateor Troia caſcante Macellus,
Quando Cavallazzum gens oſelata tulit.
Equiparare tamen ſed quis præſumpſerit iſtis,
In quibus heu quanta ſtirps pulicina ruit?
Innumeri pulices, cimices, culices perierunt,
Sanguine pro quorum ſidera roſſa micant.

Invocat.

Quæ dabit altorium mihi Guerras Muſa canenti?
Blanditias ſperno perfida Clio tuas.
Te ſchioppare quidem video ni tradis aiuttum,
Attamen incago teque tuasque lyras.
Vade in malorum, atque tuo ſuccurre Maroni,
Canzones quoniam recte petezo tuas.
Tu mihi ſola placens poteris dare Togna ſocorſum,
Strictaque ſub cubito det tua Piva ſonum.
Si mea ſchionſabis gaiardo vela ſirocco.
Ultra caribdiacas Cimba nodabit aquas.
Tu quoque ſis præſens, veniasque in preſſa Comina
Voſque poetiſſæ macronicesque Deæ.
Ungite quantillum freſco mea labra botiro,
Per quem ladinior vox queat ire foras.
Salſigeram toltam perſutto ferte braſolam,
Quæ ſuper ardentes ſit bene toſta braſas.
Poſt hanc de caneva Bacci ſpinate Vaſellum,
Hæc eſt carminibus digna bevanda meis.

Narrat.

Urbs eſt in Pulia quæ nunc Moſchea vocatur
Nobilis, & Romæ ſe putat eſſe parem.
Hic mercantiæ portis traſegantur apertis,
Nec tantas cumulat forte Milanus opes.
Quid Bregantinis Veneti groſſisque Maranis
Agaricum, Zuccar, Mel, Caſiamque gerunt?
Quidve Zenoveſus loca per longinqua caminans
Majores aliis bravas habere rates?
Quid Florentini merces comprando fatigant,
Vivere qui nequeunt abſque Lyonis ope?
Sed Mercantiam totas Moſchea per oras
Mittit, Nam Muſchæ littora quæque colunt.

Coda & cauda differunt, vide Solinum.

Incagare & petezare pro nil curare.

Socorſum, detraxit litteram c, cauſa abbreviationis.

Ladinus bergamaſche.

Facilis latine dicitur.

Pulia eſt Provincia moſchis abundans.

Bregantinus & Maranus ſunt Navium genera.

Lyon eſt civitas Franciæ, quæ & Lugdunum appellatur, hic Florentini mercadanteſcunt.

Un-

Undique Muſca ſuas fert alas, undique vivit, *Laus Muſcarum*
Muſca per Hiſpaniam, Muſca per Italiam.
Muſca per Hirlandam, Guaſcognam, Muſca per altam
Vadit Alemagnam, per Scociamque volat.
Per totas Aſiæ diſcurrit Muſca Maſones,
Tartaricum paſſat Muſca latina Mare.
India præcipue Muſcarum plebe ſuperbit;
Illic Sol magno namque luſore bruſat.
Muſca tamen ſeptem non vult habitare Triones,
Quo plus ſol ardet plus bona Muſca godit
O, quantum locus eſt infelix, atque dapocus,
Qui ſine Muſcarum vivere gente patit.
Non ibi nobilitas, non ſanguis clarus habetur
Nobilium quoniam praticat illa caſas.
Non Dux, non Princeps, non Rex, non deniq; Papa;
Mangiaret ni ſtet Muſca galanta comes.
Immo piatellum vix coram Rege Scuderi
Præſentant, ſubito fercula prima capit.
Vixque falerniaco repletur Tazzia vino,
Se jacit in dulci gurgite Muſca prius.
Et licet hic moriat. tamen hæc mors vita vocanda eſt,
Nam ſemet Bacchi flumine ſponte negat.
O bellam fozam mortis, quam muſca trovaſti,
Non dolor in ſimili morte, ſed humor aptum eſt.
Soldati cupiunt in guerris fundere vitam,
Tu tamen hanc ſortem mortis habere cupis.
Non metuis celſam Regum diſcurrere frontem
Et Reginarum labra polita baſas.
Ergo laudanda eſt totum Moſchea per orbem,
Progeniem quoniam mittit ubique ſuam.

Comina.

Starat in Imperio Muſcarum tempore longo *Sanguileo rex*
Rex qui Sanguileo nomine dictus erat. *Muſcarum.*
Tercentas Urbes, Caſtellos mille regebat, *Urbes, Caſtelli,*
Innumeras Villas, innumerasque rates. *Villæ, & Naves,*
Ergo ſublimen dum ſtabat ſupra cadregam, *optimæ ſunt conditiones*
Intra Senatores, Muſca ſtafetta venit. *Potentatum.*
Anxia pro curſu, nigroque ſchitata lavacchio; *Lavacchio ſchi-*
Et (quod pejus erat) ſanguine tota rubet. *tata, imo fœda-*
Illa ſpavantato vultu ſe portat avantum, *ta.*
Smergolat & Regis proruit ante pedes. *Smergolat, vociferatur.*
Heu quod hac indarnum, clamat, Rex ſede ſuperbis?
Heu quid non, heu quid, non tua fata vides.
Heu heu nil prodeſt lautis ſquarare triumphis, *Squaquarare,*

Splumatoſque ſuper nocte jacere thoros.
Heu male pinguenti caricas mangiamine menſas;
Heu male ridendo mollia vina bibis.
Prodezza Muſcarum. Heu male zaninos itis cazzare fabarum,
Heu male dat ſchenam magra cavalla ſuam.
Fruſtra sbercigeros oculos habitatis Aſelli,
Fruſtra vos paſcit ſtizza gratata canis.
Sic juvat heu dulces roſtro ſuciare bognones?
Sic juvat heu cruſtas labere francigeras?
Sic juvat excalzas villani rodere gambas?
Sic juvat ejuſdem ſæpe lecare bragas?
Tenditis heu panzam lombardis paſcere quais
Nulla poteſt veſtros merda cavere canes.
Non eſt iſte modus quo Rex tua libera gens ſit,
Non eſt iſte modus quo tua Regna manent.
Non eſt iſte modus quo noſtros frangimus hoſtes,
Non eſt iſte modus fortificare domos.
Tu memorare potes exemplum Sardanapali
Sardanapali vita. Cujus vita fuit broda, libido, gula.
Inter fœmineas acies aſinaliter uſus,
Neſcivit pugnæ tempore quid faceret.
Notandum. Vulnera ſpadarum non oſcula ſunt mulierum,
Scutaque fœmineum credidit eſſe latus.
Ammiſit regnum, & (quod plus) ammiſit honorem.
Fœmina coſtumis, nomine vixit homo.
Lamentabatur nimium peſare corazzam,
Et nimis in teſta quod gravis elmus erat.
Quando cavalcavit nunc hac, nunc pendidit illac
Et pectoralem credidit eſſe briam.
Gobbus ad arzonem palmas ataccabat utraſque,
Non vir, ſed plenus ſtramine ſaccus erat.
Centum ſtaferi ſtabant incirca cavallum,
Et ne caſcaret brachia larga dabant.
Sed quando ſenſit trombas taratanta ſonare,
Territus implevit ſe laritanto bragas.
Mox armaduram ſtracco de corpore traxit,
Sardanapali mors. Solus & errabat flendo per omne nemus.
Tandem aliquam formam penſans monſtrare virilem
Cum proprio panzam fodiit enſe ſuam.
Ecce tibi ſortem reminiſcor Sardanapali,
Alter ni caveas Sardanapalus eris.
Tu ſtas Sanguileo panzam graſſare daverum,
Et neſcis populi fata cruenta tui.
Projice regalem mantellum, projice ſceptrum,

Vadat & in centum fracta corona mica.
Indue lugubres, decet has funebria cappas,
Reginæque tegat nigra veletta caput.
Inclita de ſummis caſchent ſpalleria muris,
De fundo ad cuppos ſit nigra tota domus,
Ut deſperatus ſtigas domanda ſorores,
Implentur populo tartara cuncta tuo.
Implentur populo cui nullum mittis aiuttum,
Implentur populo quem prigolare ſinis.
Rex Formicarum (vix heu tibi dicere poſſum)
Rex Formicarum teque tuoſque ruit.
Septem mille quidem longo certamine muſcas
Fudit, & in portu miſcuit igne rates.
Ragnifugam noſtrum Caporalem carcere truſit, *Ragnifuga Muſcarum dux.*
Quem ſupra furcam colla tiraſſe puto.
Artelaria nihil potuit sboccare balottas
In medio quoniam lacte negata fuit.
En ego mortales accepi quinque feritas.
Pro quibus en fuſo ſanguine vita fugit. *Stafetta moritur.*

Pedrala.

Sic dicens animam tiratis calcibus efflat,
Abditus ocarum quem paradiſus habet. *Paradiſus ocharum.*
Talibus auditis Rex magnum ad aſtra gridorem
Laxat, & aurato ſaltat ab axe Throni.
Qui veluti mattus ſibi tundit pectora pugnis,
Ac proprio ſanctas ſquarciat ungue togas
Muſcarum ſubiti clamores attria complent,
Totaque palmarum plauſibus Aula tonat.
Accurrit tota Urbs. denſatur ubique palazzum,
Conſtabat tanti nec bene cauſa mali.
Ecce maritatæ ſquarzato crine puellæ,
Quæque ſuum rauco clamitat ore virum.
Ecce vocant patres, natos, fratreſque ſorellæ,
Communis viduæ creſcit in urbe dolor.
Interea centum Regem cepere Vaſalli,
Quem ſtramortitum præſtiter inde ferunt.
Non tantus Romam ſtrepitus ſotoſora butavit,
Quando ruit Bruti Julius enſe ducis. *Brutus interfector Cæſaris.*
Nec nova Carthago cordoium tale provavit,
Quando ſe propria fudit Eliſa manu. *Dido ſeipſam interimens.*

Geſa.

Ergo ſuper volucrem sbalzavit fama cavallum, *Famæ deſcriptio.*
Nec trombam friſolo ſpiccat ab ore cavam.
In motu cilii complevit mille mearos,

Nulla datur ſtracco ſpelta vel orzus equo.
Per mundi totos in trombezando paeſos,
Scannacavalla Donec eam ſenſit Scannacavalla procul.
Tavanorum rex. Ipſe Tavanorum populos regit atque governat
Et ſua Damma ſoror Sanguileonis erat.
Non ſtetit ad badam, Cugnati fata veretur,
Et Cantarellis ponere frena jubet
Cantarella, Mantuanice pampogna dicuntur. Nam cantarellas ſolitant equitare Tavani,
Quarum cullattas aurea barda tegit.
Illico tota cohors poſt curſum Scannacavallæ
Proſequitur celeri quo pede calcat iter.
A tergo veniunt Cariazzi trenta feroces,
Scaravazzi, ſunt cariazzi. Quos ſcharavazzos nomine dixit Adam.
Semper colla ferunt ſonitantibus alta ſonais,
Valiſasque graves in ſua terga gerunt.
Unius in mancum menſis venere debottum,
Implevitque aures vox gemebunda ſuas.
Scannacavalla madet lacrimarum fonte maſellus
Quum ſua tam mœſtos audit orechia ſonos.
Ad cortem ſubito ſtaffam retinete fameio
Deſmontat, Sala ſcandit otanta gradus.
Ecce venit drentum populo jam viſtus ab omni,
Quo magis horrentem vox ferit alta Jovem.
Ducitur in cameram, vix pro plangoribus audit,
Ac ubi Sanguileo rex erat, intus abit.
Qui tunc quantillum repoſatus lumina drizzat
Mox roſa quem lectu ſurgere fecit aqua.
Scannacavalla gravem ſimulavit fronte piantum
Exhortatio pulcherrima Scannacavalla. Calcatisque bono floribus ore loquit.

Togna.

Quonam Sanguileo prudentia veſtra receſſit?
Quo mens tam magnum quæ regit Imperium?
Non eſt iſte animus Regis, non ſceptra tenentis,
Non eſt hæc ſimili danda Corona viro.
Tamitis. Si lagnaſſet enim Tamitis Sæva fiolum,
Cirus. Scampaſſet Ciri gensque caputque necem.
Hannibal. Hannibale mortos ſi tantos Roma Barones
Fleviſſet, ſtaret non petra ſupra petram.
Notandum. Spaventant animos lachrimæ, mulieb ris uſanza eſt.
Quæ lachrimis cauſa qualibet ora madet.
Nos quibus impoſuit mentem Natura virilem,
Fortunæ prava quid sbigotimur Ave.
Ave, augurio. Juppiter ardenti ſi terras igne bruſaret,
Quid ni? ſummamus prælia contra Jovem?

Sed

Seu fas ſive nefas, debemus regna tueri,
 Non tamen ut lachrimis, ſanguine ſed proprio.
Troicus Æneas patria ruinante, quid egit?
 Quærebatne aliquo ſe latitare buſo?
Aut pulchram Uxorem brazzis currebat apertis
 Stringere, venatos, decrepitumve patrem?
Verum pro patriæ vitam contempſit honore,
 Irruit in mediis hoſtibus enſe ferox.
Fecit quod potuit, donec ſtrachedine laſſus
 In ſpallam tolto patre per arma fugit.
Semper conſtantes animos in corde locabat,
 Quamvis tot ferret Sortis inique mala.
Jam non ſors illum, ſed ſortem ſubdidit ille,
 Sprevit & inſidias quas mala Juno dabat.
Deſpectu tamen ille ſuo fabricondidit Urbes,
 Et ſua perpetuo tempore fama viret.
Diverſos alios poſſem contrare valentos,
 Quorum Scriptores geſta dedere libris.
Sufficit Aeneam vobis poſuiſſe davantum,
 Eya cito veſtram jam removete doiam.
Ceſſent plangores, & ſquarciamenta capilli,
 Per luctum vitam mortus habere nequit.
Sunt ſunt Muſcarum, ſunt vendicanda flagella,
 Formica eſt noſtro Marte petenda cito.
In puncto mittam ſexcentos mille Tavanos,
 Quos fecit fortes longa bataia viros.
Pars equitans uſat curvas portare baleſtras.
 Pars groſſos alio more cavalcat Equos.
Pars pede fert piccas, pars implet pulvere ſchioppos
 Sbombardatque meum per mare multa ratis.
Ergo Senatores vos omnes ſtate lieti,
 Conſilium populo quod datis, accipite.
Quando lugetis, luget quoque cætera turba,
 Quando ridetis, ridet & illa ſimul.
Prudenter veſtro Regi præſtate reparum,
 A vobis gioiam non capit ille pocam.
Copia Muſcarum ſi bello tanta morivit,
 Quod ſupereſt vulgus, ponite ne pereat.
Talibus exorſis animi fugiere balordi,
 Inque ſuo primo corda ſtetere loco.
Vergognantur enim lachrimis imitaſſe puellas,
 Et ſic maturum depoſuiſſe virum.
Poſtquam Sanguileo ter ſtrinxit Scannacavallam
 Concilium Sala congregat in media.

Exemplum Aeneæ.

Ablativum pro accuſativo.

Strachare fortunam maximum eſt.

Fabricondo, is. pro ædifico.

Longa experientia optimos facit ſoldatos.

Gioia pro gaudio poſita eſt.

Sic, inquit, ſic alta ferunt, ſic alta comandant
Numina, ſic fortis dat rota circuitum.
Scannacavalla ſuo nos multum conſolatore.
Datque ſuus grandem ſermo politus opem.
Dicat conſilium penſatim quiſque ſalubre,
Quod ſtet majoris partis in arbitrio.
Nec vos affectus nati fratriſque patriſque
Vincat, ſed patriæ reſpicietur honor.
Regnifugam cæco formicæ carcere ſtentant,
Quem ſcitis fortem Martis in arte Ducem.
Illum conſtitui poſtquam ſpiravero ſtatum
Regem, baſtardus ſit licet ille meus.
Non id guardantes poſſanzam cernite vaſtam,
Cernite quas pulica fecit in arce provas.
Quando fracaſſavit pulicorum ter duo mille,
Fugiit & nullo Caganiellus ope.
Caganiellus enim Pulicorum maximus eſt Rex,
Ragnifugæ forzas non tulit ille mei.
Scitis & in cutica quando duo mille pedocchios
Bruſavit ſuperos igne tocante polos.
Xerſis in armata ſi Dux tunc iſte fuiſſet,
Græcia non illum præcipitaſſet aquis.
An dux perdendus talis? non qualis in orbem
Muſca fuit poſtquam noſtra Genia manet.
Parlamenta igitur vadant, veniamus ad arma,
Muſcas armari bandus ubique volet.
Cum centum magnis tranſibimus Aequora fuſtis.
Qualibet eſt virdæ Scorcia longa fabæ.
Dixerat & ſedit, fiat, clamante Senatu,
Fiat quod noſter Rex cupit atque jubet.
Voce favet populus, benedicunt Scannacavallam,
Unaque cunctorum mensque fideſque fuit.
Mittuntur cunctas in partes illico Bandi.
Currit & ad juſtos quæque ſtafetta locos.
Contra formicas odium crudele citatur,
Illarum paſci velle cruore bravant.
Hic jurat patrem, alter vindicare fradellum,
Atque volunt ſpadas ſanguinolare ſuas.

Explicit Liber primus Moſchea.

MER-

MERLINI COCAII POETÆ MANTUANI MOSCHEÆ

LIBER SECUNDUS.

IUPITER aſtrigerum jam baltegare ſcabellum
SENSERAT, & pavidos mirat in ore Deos.
QUID tremat, exclamat, cœlum? quid nutat Olympus?
Sideraquid video pulvere tincta nigro?
Nunquid adhuc veniunt nos aſſaltare Gigantes?
Nunquid mortalis gens mihi bella movet?
Ferte citò fulmen, mortalia cuncta bruſabo,
Humanum, quam nos, malo perire genus.
Mercurius dixit, pro nobis nulla parantur
Prælia nec contra, lis aliunde venit.
Inter Formicas & Muſcas naſcitur ingens
Garboius, per quem sbilzet ad aſtra cruor.
Nullus præſumat Divum, ſeu nulla Dearum
Crudas muſcarum cernere velle brigas.
Nam bombardarum ſcocatio quando tronabit,
Credite vos faciet rumpere colla zoſum.
Juppiter extimuit, Solem reſtare comandat,
Qui ſtrigiare ſuos tempus habebit equos.
Neptunus quoque rumorem ſub gurgite ſenſit,
Itque ſua in fundo tota roverſa domus.
Concurrunt trepidæ Nimphæ, Divique marini,
Qui fugiunt veluti grex fugit ante lupum.
Quis Diavol, ait Neptunus, trentaque para
Tam citò compellit vos ſcapolare viam?
Æolus abſque mea nunquid Rex illa ſaputa
Per mare Garbinos laxat abire ſuos?
Eya agite ſævum ſpacianter ferte Tridentem,
Æolus hic audax eſt aliquando nimis.
Triton reſpondet, non eſt rex Æolus iſte,
At zenzalarum multa Carina nodat.
Sunt forſan numero grandes octanta Galeæ,
Quæ in Regis vadunt Sanguileonis opem.
Neptunus raptim tali ſermone taſivit,

Garboius eſt quædam confuſio vocum diſcrepantium, unde Cicero. Nec parvus inter Senatores Garboius inolevit. Sbilzare pro valdè fluere.

Spacianter, quando derivat à ſpatior ſignificat tardè, Quum verò derivat à ſpacio, as, ſignificat citò.

Itque per algoſas corde tremante caſas.
Sanguileo gaudet, zenzalis obvius ibat,
Quas portus magno cæpit honore ſuus.
Non armata fuit Mundo formoſior unquam,
Ipſarum ductor nomine Sgnifer erat.
Vix arrivarant ipſæ, ſit rumor in aſtris,
Et Montagnarum culmina celſa tonant.
Nunquid erunt Sguiceri? nunquid Vaſcona canaia?
Nunquid gens verbis Italiana bravis?
Iſta Todeſcorum nunquid plebs apta bocalo?
Mandat deſcalzos num quoque Spagna ſuos?
Heu Moſchinorum deſcendit tanta brigata,
Tanta quod ætherius non habet aſtra ſinus,
Apparent centum ſtendardi deſuper Alpes,
Ac procul armorum per juga ſplendor hiat.
Sunt Moſchinorum populi, gens apta batais,
Rexque ſuus nomen Siccaboronus habet,
Non quod deſcendit, nec ubi ſol naſcitur, unquam
Tam crudelis homo, quam fuit iſte, fuit.
Sperzurarat enim ad fundum mittere mundum,
Deque ſuo ſolio præcipitare Jovem.
Non fuit in guerris vir deſperatior unquam,
Aſt incuſabat ſe nimis eſſe pium.
Tartaria ſuo ſtabat ſubjecta volero,
Cuique Barilenſis ſubdita vallis erat.
Indiſcretus enim tantum, tantumque ſuperbus,
Immo cruentato ſanguinis ore bibax,
Ut quoſcunque viros non Martis in arte valentos,
Mangiari à cruda præcipiebat Ape.
Hæc apis eſt animal, cujus fert cauda venenum,
Deque ſuis membris ceraque melque fluit.
Moverat hunc amor, & dilectio Sanguileonis
Crudus homo quamvis neſcit amare bonos.
Tartaricas buttæ paſſaverat ille per undas,
Deque Barilenſi valle tenebat iter.
Partibus ex aliis venerunt Mirmiliones,
Qui grottas habitant per ſua regna nigras.
Non fuit in mundo gens aſſaſſinior unquam,
Quæ formicarum ſuggere membra ſitit.
Rex erat ipſorum Mirpredo nomine dictus,
Herculeis forcis æquiparandus enim.
Duxerat armatos ſexcentos mille guereros,
Nemo cavallaſter quiſque pedeſter erat.
His ergo adjunctis formicas contra phalangis

Butta eſt urbs Tartariæ Metropolis in mari ſita.

Heu

Heu quam crudellis guerra parata fuit.
Sanguileo cunctis Capitanis & Caporalis
Sermonem fecit, nam bene doctus erat.
Non huic doctiloqui fuit æquiparanda Catonis
Lingua, nec Hannibalis docta loquela Ducis:
Quondam Sanguileo ſi oraſſet veſte togatus,
Caſcaſſet nomen jam Cicerone tuum.
Ergo ubi Soldatorum animos oratio longa
Fecerat arditos, quisquis ad arma volat.
Sanguileo primus rutilantia veſtiit arma
De ciceris duro cortice facta nigri.
Dimidiam guſſam fert pro targone faſoli,
Et ſua porcelli ferrea lanza pilus.
Excuſat milii pars concava quippe colatam,
Stat pro pancera maxima guſſa fabæ.
Interea grandis fit ſgomentatio campi,
Nam venit indomitus Sanguileonis Equus,
Hic erat ex illis quos dicunt nomine grillos,
Qui tezare leves ampla per arva ſolent.
Non velut uſantur animalia cætera, currunt,
Aſt ad ſaltones calcibus aſtra vident.
Sanguileonis adeſt totus niger ergo cavallus,
Plurima quem ſtranium turba tenere nequit.
Sexcentas muſcas sbalzo ſuperabat in uno,
Totaque ſub pedibus terra tremare ſuis.
Inſabionizat quotiens pede calcitrat, omnes,
Ac oculos tenui pulvere ſtoppat eis,
Aſt ubi quam primum ductus fuit ante patronem,
Efficitur placido mitior Agniculo.
Illico Rex cunctis facientibus undique largum,
Saltat, & in ſellam plantat utrasque genas.
Mox ad naſpantes ſicco ſperone galoppos
Hunc movet, & gentes it aſelando ſuas.
Vivat Sanguileo, vivat Sanguileo, gridant,
Cernis & antractum mille cavare bretas.
Tota ſuper groſſos equitat Moſchilia Grillos,
Qui numero centum millia ſunt Equites.
Scannacavalla ſuos alia quoque parte Tavanos
Ordinat, & ſtimulo vocis ad arma vocat.
Corpore magnus erat major ſed mente daverum,
Doctus partitum ſcire piare bonum.
Ad ſtrabucconem ſua jam non bella movebat,
Ut faciunt plures qui ſine mente ruunt,
Qui nec apizzatur ſimul atra barufola guerræ

Cicero & Ciceronus invenitur, ut diximus ſupra.

Cicer niger & albus reperitur plurimum diſſimilis.

Tremare prò tremabat.

Antractum raro invenitur, ſignificat pariter.

Hoc carmen ab Homero ſumptum.

De iſto duello lege Thomaſum Barritotelum de militia.

Omnes in pezzis preſto taiare volunt.
Non ita maturus faciebat Scannacavalla,
Immo repoſſata mente regebat opus.
Hic habuit quondam uno cum Veſpone duellum
Qui tandem multo victor honore fuit.
Cujus de cauda ſpinum detraxit acutum,
Omnibus in guerris hæc ſua ſpata fuit.
Sed Moſchinorum Rex dirus Siccaboronus
Sfodrato ſquadras inſtruit enſe ſuas.
Se Parpaionis totum veſtiverat alis,
Eſt camolæ ſcutum meza ganaſſa ſuum.
Mittit Corſeros Regio Panormia fortes,
Quos panarottos Mundus ubique vocat.
Ipſos veloces Muſchinia turba cavalcat,
Omnia qui rabidis morſibus arma terunt.
Muſchini armantur ſtuppa, quæ circa borones
Tempore pro longo dura venire ſolet.
Eſt Moſchinorum talis deſtrezza, quod uncos
Trant vinazzolos & trare ſaxa parent.
Ex his ſemper habent carneria plena balottis,
Cum quibus elmettos duraque ſcuta terunt.
Aſt ordinanzam Sgniſer diſponit in amplam
Zenzalas, nec aliis pareat eſſe minor.
Lendinis huic duræ tegit omne pellicula corpus,
In qua non vulnus ſpada tacare poteſt.
Nil niſi de humano zenzalæ ſanguine vivunt,
Ac ubi ſe firmant, ſigna videntur ibi
Non uſant ſpadas, non dardos, non alebardas,
At ſua cum propriis dentibus arma drovant.
Sunt homines magri, nervoſi ſchinchibus acri,
Sunt bene gambati, dulciter ore canunt.
Hi cincidellas equitant, quæ nocte vagantur,
Ad codamque ferunt igne micante faces.
